

Yb  
1463



VI, 86.

2. 574<sup>a</sup>







HISTORIA  
*Splendidissima*  
ARCIS ET AULÆ  
FRIDENSTEI-  
NIANÆ  
CUM ANNOTATIONIBUS,

Anno 1665.

in cepta

&

Anno 1685.

ritè publicata

à

J. C. H.

*Prosponis. ad ARCEM,*

**E**NDomus ERNESTI, sedesqve suprema Ducatus  
Gothaici, patriæ Lux radiosa meæ!  
Offero dona tuis aris, ex porridge frontis  
Marmora & augusto suscipe dona sinu!  
Scilicet IPSAM TE TIBI donat musa clientis,  
Dum studet in laudes versibus ire tuas.  
Excidit audacis si facti carcere, metam  
Nec tenet? ignoscas! sat voluisse, FAVE!

---

MULHUSII,

Typis JOHANN CHRISTOPH BRUKNER,

HISTORIA

ARGENTORATA

FRIDERICUS

WILHELMUS

ANNO 1771

1771

1771



Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the

Proprietor of the





CAPUT I  
PRÆFATIO:

**T**ECTA, VIRUMQUE *canam, quæ Lina  
surbidus amnis*  
*Exsinuat sese in Goldbacchi florida tempe:*  
O DEUS! *aspira ceptis, & dirige venam!*  
*Nam sine fonte tui concursus turpiser aret*

*Omne bonum, sine TE sperati palma triumphii  
Militibus nunquam contingit, Nauta secundis  
Cursibus excutitur, nec remos lentat in undis;  
Ipse Helicon sine TE quarit depumice fontes  
Carminis: O veteres quid jactat fabula musas?*

SOLA DEI *verimibi sint commercia, PATRIS*  
*Egrediens gremio, & NATI mihi SPIRITUS adsit;*  
*Ignibus incendat sacris præcordia, lucem*  
*Insinuet cerebro, pomaria mentis inundet*  
*Nectare notitia, largo facundius imbres*  
Sillet in ora melos, quod dignus versibus AULAM  
GOTHAICAM *mulcere queam, cui nomina SAXI*  
*Pax dedit, & verum subcortice nominis omen.*  
*Gratus ero præstò mihi sit modo numinis aura.*  
*Nam si olim cereris delubro ferta peractis*  
*Mesibus agricola quondam appendere, Lyao*  
*Obtulit & primas si gratus Vinitor uvas;*  
*Si venerata Palem sunt quondam aspergine lactis*  
*Agmina Pastorum, quoties distenta replerunt*  
*Ubera spumantem mulctram, si Nauta coronas*  
*Extaq; Neptuni fumantibus intulit aris,*

Cum sua contraxit possesso carbasa portu:

Cur ego concessas à Calo in carmina vires,  
Quicquid & ingenium fatus conceperit unquam  
Non accepta feram TIBI Soli summe JEHOVA  
Omnia non tangam, sed summam! Examen ut hortos  
Quarit odoriferos, violasq; rosasq; thymumq;  
Libat, & extractis cerata palatia succis  
Stipat, ac assidue succrescit copia florum  
Largior & quantum capiunt examina longis  
Solibus, irriguus tantum ros nocte reponit:  
Sic apice attingam labri praemia tantum  
FRIDSTEINI, nec enim brevis hac angustia versus  
Claudit opus tantum, cuius super ardua Cali  
Culmina Laus vehitur fama felicibus alis,  
Egregiusq; plagas terra rumoribus implet  
Quatuor, atq; maris tractu memoratur in omni:

Et licet ingenii mihi desit dadala lima  
Non tamen haec ratio, nec Momi tincta veneno  
Lingua meis ponat remoras, obicesq; Camenis:  
Solameos pietas confortet subdita nervos,  
Quae juber, ut patria veneremur Numina quovis  
Officio, & precibus, quidni quoq; Carminis usu?

O ERNESTE pater patriae relevante favoris  
Aurâ impelle meam Cymbam! POS GERMINA RUTÆ  
Florida Saxonica, fulgens FRATRUMQUE Corona,  
Quaeis genus à Proavis ingens, mentisq; paterna  
Semenine! unâ ad positam contendite metam!  
Rei caput expediam tantum, ne nausea vestras  
Carminis obtundat longis anfractibus aures.

CAPUT



CAPUT II  
DE  
ARCIS SITU

**A**uspiciis dextris nunc Carmen inauguret ARCIS  
Ingenium, faclesq; situs, natura lociq;  
Qua sibi primitias, sires ducatur ab ovo  
Ad malum, tribuit populosa THURINGIA, quondam  
Alta Domus Regum, Ducibus nunc subdita RITAE,  
Milia pauca quidem, numero qua nominis aequant  
Vix apices, tenet hac Provincia, sed tamen omnis  
Cedit EI primas partes vicinia, Sylvas  
Hassia non audeat clivosa opponere, Bacchi  
Francla nec nectar, nec Misnia praeripit illi  
Orbe metallifero palmas, & Westphalus herbam  
Porrigit: innumeris velut ether pallidus astris  
Ardet, inaequalem miscentq; per aera lucem,  
Luna tamen furto fraterni luminis omnes  
Exsuperat stellas; Sic nostra Thuringia Gentes  
Has praecurrit equis albis, seu ditia spectes  
Cornua frugifera Cereris, seu prala Lyae  
Ambrosiam suavem sudentia, sive feraces  
Isatidis messes: seu quid deponere mallet  
Flumina; sunt praesto sinuosi marmora Saes;  
Unstrotium fallax variato gurgite, & Ilmi  
Ostia & anfractus Geræ Nessæque bifrontis  
Quid loquar excelsas, & plenas laudibus urbes?  
Sola rotas nostra praevertit GOTHA Camana;  
Illa DEI sedes, illud pietatis Asylum,  
Hospitium Themidis, celebris Phæbiq; palastra:  
Delicias cuius (lacryma!) floremq; penatum  
Flamma vorax nuper rapuit, cum nona peractis  
Excubiis JULII Nox lucis cederet auro,  
Et volucres cristis nota praeludia lucis

2  
 Gotha in- *Prima salutare alarum verberare, & ore*  
 trariginta *O Dolor infelix! intra sex lustra furorem*  
 annorum *GOTHA ter experta est Vulcani incendia dira*  
 spatium *Ter violare laras properarunt, terque supremam*  
 gnister *Addere fortunam; Sed ter DEUS increpat ignes,*  
 rem abstu- *Ter DEUS extinguit flammam, ter redditur urbi*  
 lit- 1632. *Forma, vigorq; novus; viditq; exercita duris*  
 1645. *Cladibus extremam metam sic GOTHA malorum,*  
 1665 *Qualiter aurora maculis interlita Phœnix*  
 d. 10. Jul. *Concremat igne suos artus, & ab igne resumit*  
*Semina vivacis dictu miranda juventa.*

*Sed nimis extra oleas vagor, ARX suprema laboris*  
*Proposita pars est, illuc me ac carbasa venti!*  
*Urbs igitur Solis quo spectat climate Cunas,*  
*Erigitur sensim depressa ex aequore vallis,*  
*Saxigenumq; facit clivum, provincia latos*  
*Pandit ubi tractus oculis, aciemq; vagantem*  
*Discolor objectis variis confundit, eamq;*  
*Dividit illecebris; hinc offert Idis Arcos*  
*Aerias, celsis atq; aspera rupibus arva*  
*Fessus ubi cubitum discedit Phœbus, adhærens*  
*Quæis juga Cattorum flexu distincta Vierræ,*  
*Quem sitibunda bibit simul Hennenbergia Oreas.*  
*Verticis Eoi visus intercipit altis*  
*Turribus Erfurtum, quod dira insedit Erynnis*  
*Hactenus, & toto proscripita rebellio Cœlo;*  
*Frruit Auster ubi pluviosus, Clivus in altos*  
*Tyrigerum saltus aciem protendit acusam,*  
*Unus ab Arce lapis quos vix disjungit, ad axem*  
*Quæ sese obliquat borealem, & plaustra Bootes*  
*Mulhusium Hanigi dirimunt discrimina Sylva,*  
*Et Longosalzæ latus, Unstrotiumque dolosum.*  
*Hic proprius Clivi situs est, & creditur olim*  
*Exiguus veteres illuc Delubra Columnis*

Dispos

*Disposuisse, atas quibus enervata Senectæ,  
Tempus edaxq; fuit fatalis causaruina.*

*Postea agrestis Apex, atq; ossibus alba sepulchra  
Inter honoratas Arces, clarumque tiaris  
Concilium Aularum sunt ritè recepta, locumq;  
Turrigerâ validi muri cinxere Coronâ,  
Seposuitq; lares ibi GRIMMENSTEINIA, sive  
Asperitas Saxi, materni sive furoris  
Tabula Castello nomen conflavit, origo  
Nominis à viridi seu saxo fluxerit illi.*

Grumstein

*Rursus inundavit sed Clivum triste sinistra  
DILUVIUM fati, punctum casusq; supremum  
Dicitur, hospitio quod contra Cæsaris acta  
Foverit Alecto Grumbacchi percit a monstra.  
Sic iterum Clivus tanta privatus honore  
ARCIS ad antiquam rediit Classemq;, genuq;  
Donec cum Virtus ERNESTI vindicat, atq;  
Cæsare placato dissolvit anathema, & Aulis  
Inserit, exciderat quarum Collegio honoris.*

*Sic tribus explicuit verbis, ut dicitur, ARCIS  
Nostra Camana situm geniumque, & rura propinqua.*

### CAPUT III.

DE

## TEMPORE, UT ITALO- QUAR, GENIALI ARCIS FRI- DENSTEINIANÆ,

**F***ecimus indicium supra, quod propter asylum  
Exhibitum turbis Grumbacchi excisa sit AULA  
JANNIS FRIDRICI; nunc pertexamus eandem*  
Ulter

nem in arce *Ultoribus telam, quo vera Occasio constat,*  
 schaumbur- *Qua nova ERIDSTEINÆ nascendi semina & ansam*  
 gicâ Lotha- *Præbuit, & primum quo condi ceperis anno.*  
 ringiæ vici- *His quatuordecies percurrerat annua signa*  
 nâ depre- *Zodiaci Titan, à quo confessio nostra*  
 hensus est, *Religionis erat QUINTO delata CAROLLO,*  
 Christopho- *Et caput Augustæ summis aqua venas astris:*  
 rus Kreze- *Cum GUILIELMI ADES GRUMBACH quem Fran-*  
 rus nomine *cia equestris*

qui, dum *Ordo malis avibus genuit, glomeravit ubiq;*  
 Herbipolin *Nubila surbarum, portasq; effregit, & Arces*  
 deducitur *Urbis odoriferis quæ nomen ducit ab herbis,*  
 in itinere *Præsidis paucis, sed multa militis umbrâ.*  
 custodia *Et quia pergebat Regni Communis Eryanis*  
 dormiente *Inspirare locus passim jurata quietis*  
 pænas meri- *Bella, dolisq; domos Procerum collidere multas,*  
 tas fracto *Fulmine anathematis famulum percussit Auerni*  
 guttere an- *Provida majestas FERDINANDI nomine primi,*  
 tevertit; de *Conciteret nequis pomaria Sancta tumultus*  
 quo vid. *Imperii, atq; morâ suspensa factio pane*  
 contin. Slei- *Serperet ulterius, viresq; subinde nocivas*  
 dan. per Mi- *Sumeret, ut quondam pacis Catilina Quirina*  
 chael Casp. *Turbo, animum cujus, Sarriso si credere Patri*  
 Lundorpi- *Fas eris, ex orco in Grumbrachia membra reduxis*  
 um edica. *Eumenidum Præses, tanta est symphonia fabris.*  
 Postquam *Ille per irati vagus errat Numinis orbem*  
 Imp. FER- *Man-*  
 DINAND9

I. omnem *Ut lux aliqua historiæ huic accederet, placuit rem ab ovo, ut ajunt, re-*  
 rei Grumb. *petere. Guilielmus Grumbachus fuit eques Franciæ Orientalis*  
 Seriē com- *cujus instinctu Melchior Zobelus Episc. Würceburg à XV. Sicariis*  
 perisset illū *confossus est. Causa a, quæ Grumbachum ad illud scelus brevi-*  
 an. 1563. pro- *bus gyaris & carcere dignum irritavit, fuisse dr. quod Episcopus*  
 scripsit. Pa- *ille legatum a Conrado Bibraco Episc. Herbip. uxori Grumbachii*  
 ternæ Ne- *factum solvere recusasset, ipsumque, tanq. proscriptum, dum cum*  
 mesis exce- *Alberto Marchione passim turbas, & bella conflaret, bonis extur-*  
 cutor fuit *basset. Hujus a. homicidii Coryphæus post diuturnam latitatio;*  
 MAXIMI

Mancipiumq; necis quocunq; sub axe manebat  
Nullibi; ut accipiter, timida cui prada columba  
Eripitur, metuit vicina credere fago  
Plumigerum corpus, tensis ne retibus unguis  
Implicet hamatos, telive peremptus ab ictu  
Decidat, hinc illinc igitur pernicious alis  
Distrahitur, donec quæsitæ vulnera rupis  
Conspicit, ad quorum latebras contendit anhelans.  
Extremò superùm Contemptor fascinat ARCEM,  
Cui furor, & Saxum nomen dedit, atq; supremi  
Consilii partes extorquet montibus aureis.

Sed Nemesis tergo Centauri semper adhesit,  
Flexibilique fugâ Romanum eludere fulmen  
Non potuit; Siquidem post PATRIS fata SECUNDVS  
ÆMILIVS, summis cum binos rexerat annos  
Fascibus Europam, Grumbachum vindice bello  
Prosequitur, conscripta manus, bellique potestas  
Traditur Enfitero Domino, qui mania claudit  
Obsidione GOTHÆ, densis aditusque coronat  
Agminibus cunetos, ne quoddam irreperet ARCI  
Subsidium, donec se deditiois amores  
Insinuare animis ceperunt, pallida Phoebe  
Cum quatuor ferme sese repararat in orbes.  
Sed tamen obsessos venia spe sera fefellit  
Deditio, Martis cui mixta videtur amurca  
Proditio, velut hæret adhuc sub iudice rumor;  
Innocuos Cives, quamvis mala fama lacestat,  
Nam sale conspersam miles radicitus ARCEM  
Diruit AUGUSTI jussis. Hoc nota per Orbem  
ARX periit casu, nostræ Sidusque Thuringæ  
Occidit; interitum lacrymis avertere tristes  
Suscepere lares, consternatique penates  
Flectere victorem precibus, sed anathema duro

B

LIANUS  
II. anno  
1564. repe-  
titâ proscri-  
ptione in  
Comitiis  
August. &  
anno 1567.  
dum ARCEM  
GRIMMEN-  
STEINIAM  
in quâ  
Grumba-  
chus rece-  
ptum habe-  
bat Duce E-  
lect. Augu-  
sto oppu-  
gnavit, &  
post 4. men-  
ses [quamvis  
in hoc scri-  
ptores di-  
screpent]  
expugnavit  
d. 13. April.  
Illustr. Prin-  
ceps DN.  
JOHANNES  
FRIDER.  
postero die  
a Commissa-  
riis Cæsare-  
is captivus  
Neostadi-  
dium Au-  
striæ in cu-

MAN-  
t, re-  
ntalis  
cariis  
revi-  
opus  
achii  
cum  
xtur-  
tatio

Hodiam de- *Scriptum adamante datos nervos laxere recusat.*  
 ductus est. *Heu lacryma! quales fletus Thetis acta dolore*  
 Dehinc mu- *Depluit idomito, cum telis ictus Achilles*  
 nitiss. Grim- *Dardanias animam generosam efflaret ad aras;*  
 menstein. *Qualiter ex oculis lacrymarum flumina Cypris*  
 Arx invito, *Flammiferis fudit, cum vidit Pergama lapsa,*  
 & multum *Et Priami solium, Troja viditque ruinas:*  
 deprecante *Talibus excidium GRIMMSTEINI subdita corda*  
 Illustr. Prin- *Fluctibus involvit maroris, & ipsa triumphum*  
 cipe Dn. JO- *Noluit oblatum suctis Victoria pompis*  
 HANNE *Ducere; tristatus perrupto litore Linæ*  
 GUILIEL- *Explicuit que suas lacrymas per prata, per agros:*  
 MO JO- *Detestata Chorus musarum miscuit undis*  
 HANN *Ocia salsifluis, & talibus ora querelis*  
 FRIDER. *Exsinuat: Cecidit decus orbis nobile, & Aula*  
 fratre Solo *Splendida serpentum domus est effecta? cubile*  
 æquata fuit. *Elebile bubonum sic GRIMMENSTEINIA facta est?*  
 Constitisse *O dolor, augustis gremiis non amplius Aula*  
 a. Bellum *Excipit adventum Procerum, non amplius exit*  
 Gothanum *Vertice turrato ad nubes, non atria pascunt*  
 dr. tonnis *Amplius ornatu visus? Decus omne favillis*  
 auri IX. flo- *Obtegatur nigris? O ARX, O patriæ asylum!*  
 renis 630. *Aonidum hic stabat res, dum tibi staret amica*  
 Demolitio *Forma, cadis? Cecidit; tu laberis? ipsaque lapsa est.*  
 v. Castrum *Plura dolor vetuit: Cinerum sub regimine rotundæ*  
 55549. flor. *ARX latuit tempus, quo dira Megæra tridente*  
 vid. prolix. *Tartareo belli concussit Teutonis orbem:*  
 Thuan. sub *Ipsæ Coryphæus turbatum, faxque tumultus,*  
 anno *Cui decimi quarti candens in carcere lustrum*  
 1567. *Tempus anhelabat, fuit in diversa secatus,*  
*Quot digitos dextra numeramus pollice dempto,*  
*Quotque parat pallens revoluto Delia mense*  
*Hebdomadas, gladio percussit Steinii idemque*  
*Supplicium subiit truncus, gelidoque sub axe*

Visce-

Viscera Corvorum paverunt carne, canumque:  
 Par utriusque fuit scelus, & par debuit illud  
 Poena sequi; Socius omnem movere rudentem  
 Consilium sacros Regni divellere nexus,  
 Pastorumque pios Conatus frangere tristi  
 Exilio atque aliis cruciatibus, ut quoque summi  
 Affectæ, cujus nomen reticemus honestas  
 Ob causas, solum Confessio fletet amare  
 Hoc scelus, & digitos digitos tetigisse potentes  
 Numinals irati, quos quondam irriserat amens  
 Diceret, à mystis læsis veniamque rogaret!  
 Sic perière duces turbarum compare penâ,  
 Cruda canumque furor distraxit viscera eorum  
 Per fora, perq; urbem: partis capita ense rotabat  
 Impia iudicium, patriæve removit ab usu  
 Lex aliquos, iusto si quis superesse furori  
 Iustitiæ potuit, subita vitare tribunal  
 Ille fugâ studuit, spissis seque abdidit umbris.  
 Hac dum gesta, quidem salvus Pax publica talis  
 Stabat adhuc, veterem fortuna rotamque movebat;  
 Sed tamen in mundum projecerat undique pomum  
 Tristis Eris, passim flammisq; incenderat orbem  
 Dissidii, & stricto furiosus acinace Turca  
 Intulerat pansis vexilla volantia caudis  
 Hungariæ, nimbis quin sensim involvere Cælum  
 Teutonicum cepit tempestas, donec in urbem  
 Irruit effusa Prangensem lite, Cometa

B 2

pomarium Arcis præcipitarunt, altitudine 40. amplius cubitorum. Quo  
 facto Cives juramento sibi adstrinxerunt in fidem communis aleæ subeundæ;  
 simul etiam decretum promulgarunt, quo Jesuitæ intra 8. dies toto regno exire  
 iussi sunt. Eo ipso anno Cometa admodum prolixâ caudâ apparuit, quem mors  
 Imper. Matthiæ & belli Germanici lerna subsequuta est. vid. Goldast. de reb. Bo-  
 hem. l. 4. c. 16. p. m. 546. ubi imprimis Consuetudo præcipitationis ex fenestris

Anno 1618.  
 Pragæ in  
 Comitibus  
 Religionis  
 causa indi-  
 ctis cum  
 Proceres E-  
 vangeli-  
 libertatem  
 fidei suæ à  
 Pontificiis  
 obtinere nō  
 possent, tres  
 ex officiali-  
 bus Cæsare-  
 is, Guiliel-  
 mum Slava-  
 tam Came-  
 ræ Bohemi-  
 cæ Præsidentem,  
 Larislaum  
 Borzitam  
 smeranski  
 Regni Mar-  
 scallum, &  
 Philippum  
 Fabricium  
 secretarium  
 apprehen-  
 sos per fe-  
 nestram in

Exi-

antiqua e-  
xaminatur  
dum inquit:  
quamvis hoc  
supplicii ge-  
nus solis Sla-  
vis usitatum  
dicatur, con-  
stat tamen  
ex historiis  
præcipita-  
tionis sup-  
plicium fu-  
isse antiqui-  
tus apud  
varias gen-  
tes in usu.  
De Christo  
tradunt Ev-  
angelistæ,  
quod eum  
Judæi vo-  
luerint de  
montis ca-  
cumine  
præcipitare  
quod fuisse  
usitatum  
apud Sy-  
ros suppli-  
cium, ut de  
ferali colle  
rei præcipi-

*Exitiale jubar quam tristis ab axe notavit,  
Cum tria sedecimi Secli Titanius orbis  
Lustra, & tres annos à CHRISTI curreret ærâ,  
Et magis atq; magis Romanum fluctibus Ate  
Obruit Imperium, savis bellig; procellis;  
Sicut, ubi hybernis diffusi montibus amnes  
Exonerant cursus in litoraplena Vierra,  
Eruit ille suis metis, declivia lapsu  
Indomitoq; petit, multarum laxat iterq;  
Raptibus undarum; vallum mox rustica pubes  
Objicit hinc illinc, sed Tethys concipit æstus  
Victrices, illam non ardua rura retardant,  
Nec nemorum nexus, nec montes, omnia inundat  
Gurgite suffuso, longoque furore potita  
Diruit oppositos pagos, segetesque revellit,  
Non aliter frenis exuta licentia belli  
Perdidit Imperium Germanum, donec Apollo  
Terdecies rutilis percurrit signa quadrigis  
Zodiaci, & patriæ pacis jubar intulit oris.  
Et veluti primum candescit lucis obortus,  
Mox rubet, & plenum diffundit lumen in auras,  
Donec honoratum radiis Hyperionis aurum  
Trajiciat medios arcus; sic gemmea Pacis  
Lux Osnabrûgæ, qua terra est clarus Orion  
Westphalicæ, primas scintillas, postmodo flammâs  
Exseruit, tandem divino NORIDOS URBEM,  
Volvit ubi flavas placidus Pognesus arenas,  
Lumine complevit, celeri quod prospera curru  
Fama citò vexit, quâ sol contendit ad Arctos,*

Ocea-

tati lapidibus obruerentur, ex Mose Maymonide Ægyptio docet Wilh. Schikartus  
de Jure Reg. Hebr. c. 4. theor. 14. f. 103. conf. Plutarchus in Lib. de serâ Numinis  
vin: ictâ, & Rosin. in Antiquit. Romanis Anno. 1643 post diuturnam bellorum tem-  
pestatem Imper. FERDINANDUS III. prima pacis fundamenta Francofurti



Oceanig, suos è gurgite clarus, Eod  
 Ducit equos, rursus quaq, altas abdit in undas.  
 O jubar augustum, Sanctum, sublimius astris  
 Flammiferis! quoties GERMANIA pressa tenebris  
 Cimmeriis belli suspiria duxit anhela!  
 Quando tuo dabitur mihi lumine posse fruiscei  
 Pax veneranda poli Regina? nitesce, nitesce!  
 Latitia ô quantus splendor tunc fulsit in Orbe,  
 Cum pia vota Domus flammantis Præsul, & Autor  
 Aurifluam Cælo permisit ducere pacem!  
 Totus EAM tentet Vatum celebrare Senatus,  
 Deficiet totus tamen hic; non Musa Melissi  
 Jubila, quæ volvit pleno Nicer amne, sonabit  
 Digne; Taubmanni robur penetrabile, & oris  
 Vivida majestas nunquam satis exprimet omnes  
 Latitia pompas in honorem Pacis ab Urbe  
 Leucoreâ factas: Reufneri mellea Suada  
 Non poterit morus, quos lato pectore Jena  
 Gloria Musarum concepit pace Salanos  
 Ad fluvios veniente effari; Stida canorus  
 Nec plausus urbis, cui donant nomina Gera  
 Ostia, perfecte describet; gaudia Gothæ  
 Non satis in versus arctabit dia Thalia  
 Stigellii, acer equus Jan. Weizi stabit anhelans  
 Principio clivi: quid Ego? cui Cymbula tantura  
 Non procul à portu ludens timet ire per altum  
 Prosequar ast paucis: RUPES, ubi magna theatra  
 GRIMSTEINI steterant, obiecta cadavere turpi  
 Ulterius renuit pace irradiante jacere,  
 Sed nova quadratis accepit Tecta figuris  
 Sumptibus ERNESTI, cui cervi secula currant,  
 Delius à CHRISTO nato cum mille Calendas  
 Fecerat, undecimi lustrique exegerat ætas  
 Septima dimidium ferme, cum vinitor uvas

B 3

Sub:

ad Mœnium  
 jecit: Postea  
 1648. d. 27.  
 Jul. Pax de-  
 sideratissi-  
 ma, Deo au-  
 spicante,  
 dulcissimæ  
 nostræ Ger-  
 manix red-  
 dita est Of-  
 naburgæ, e-  
 jusque for-  
 ma ab Im-  
 perii Depu-  
 tatis ratifi-  
 cata, & de-  
 mum No-  
 rinbergæ  
 toti terra-  
 rum Orbi  
 publicata  
 est, in cujus  
 honorem  
 solennia Fe-  
 sta per Im-  
 perium Ger-  
 manum ce-  
 lebrata sunt,  
 anno 1650.  
 vid. Gottfr.  
 Schulz.  
 Chron. sub  
 ann. 1643. p.  
 379. & sub  
 ann. 1650. p.  
 m. 499.

Anno 1642. Subjiceret praeo Bacchi dulcedine plenas.  
 in mense *Post Octo Cereris nova FRIDENSTEINIA messes*  
 Octob. in- Undecimo Augusti die ovantia festa sacra vit  
 cepit Sere- Magnificis Pompis PACI, ritusq; triumphis;  
 nis. noster Scilicet aurora cum purpura tingeret auras,  
 Princeps, ac Incipiunt varium miscere per aera murmur  
 DN9. DN9. Aera, & tibicen tarantara, tantara passim  
 ERNESTUS Ingeminat, lectis atas effunditur omnis,  
 bonis avib9 Tympana vicatim martem, floremque virorum  
 Arcem FRI- Omnis ad ornatum currit tribus, ordo domusque;  
 DENSTEIN: In fora letacient, qui confluit ordine longo,  
 aedificare, Turbidus & pulvis versis inscribitur hastis;  
 Anno 1650. Interea pueri, quibus Hebe florida vernal,  
 d.ii. August. Pieridum cellis erumpunt, atque viarum  
 universale Equati numero notis regionibus instant;  
 illud Pacis Hos juvenum Proceres docti, Mystaeque Jehovæ  
 festum Go- Excipiunt, variisq; canunt tornata figuris  
 thæ, & per Carmina, mox vicibus mutatis tympana Pacem  
 lotu Ducat9 Pistillo percussa docent resonare patentes  
 hujus reces- Campos, hocque modo templorum ad limina pergunt;  
 sum latissi- Proximè adhaescunt Themidis de gente potentes,  
 mâ solenni- Ordo disertorum, Medici, Patresque togati  
 tate cele- Urbis, & abrumpunt quibus improba lucra quietem;  
 bratum est Tum varias Comitum facies, opera, atque labores  
 Cernere erat, faciunt latabile murmur eundo:  
 Hac serie abruptâ tardum processerat agmen  
 Rythmi German. Fœminei Sexus, cunctis documenta novelli  
 novæ monetae nempe Cui latus insignit dextrum GERMANIDOS ORBIS,  
 in dextro INCLUSASQUE TENET PALMAS, GENTILIA RUTÆ  
 latere Gott SERTA QVE cum verbis: LAUDES OFFERTE  
 den & Erri JEHOVÆ

IUGITER, E COELO QVI PACIS MUNERA  
MISIT

*Summa fuit lateris Levi: PALMARIÄ CURÄ*  
SIT VOBIS PIETAS, ALIAS & PACIS AMI-  
CVS

VULTUS AB INGRATIS ITERUM EVANE-  
SCET IN AURAS  
ÆTHERIS UT FUMVS QVEM NON REVO-  
CABIS AD IGNEM.

*Jamq; cætervatim subeunt laquearia templi;  
Janua fronde viret, varios penetralia odores  
Naribus offundunt, & florum copia picta  
Legitimas Divum statuas, & signa coronant,  
Pergite Pierides! incensus Pacis amore  
Spiritus ERNESTI, quem multum suspicit æther,  
Illustris voluit sacræ pars esse Coronæ,  
Sublatâque morâ festas festinat ad edes,  
Æstuat equali pietatis amore DUCISSÄ,  
Nobilis insequitur Sanguis, Proceresq; Gothani  
Imperii, famulosque omnes trahit una cupido.*

*Interea mûse Linæ Cantibus implent  
Dulcisonis ades, hymno pacisque Datorem  
Catholico summum devota Ecclesia mulcet:  
His ita finitis sunt facta silentia linguis,  
Oratorq; DEI dictis aspirat amorem  
E Rostris, quoties rumpunt suspiria Vocem  
Imbre rigante genas! diem Concio martis amara  
Tempora perstringit, Pacisque instillat amorem,  
Tandem finitis Sacris Ecclesia missa est:  
Tunc iterum alternant divinas tympana laudes  
Cornibus immistis, donec longo ordine Gentes  
Excessere sacris adytis, arisque relictis.  
Us ventum ad sedes, & limina lata penatum;*

lobt/ und  
ehrt/ der  
uns den  
Frieden  
hat be-  
scherdt.  
in Sinistro  
Fördert  
GOTTes  
Sucht/und  
Ehr/ sonst  
besteht Er  
nimmer  
mehr.

Textus  
Concion.  
erant  
Psal. 30. Es.  
12. Psal. 67.  
Hof. 6.

Exhi

IS,  
TÆ  
TE  
II.

Exhilarat dapibus Genium concessa voluptas,  
Mensis amotis Anima, quæ purpurat ætas  
Vernapias texunt odas, falluntq; pudicis  
Ociagrata choris, donec per recta vagari  
Mulciber iucepit famulans, atque irruit umbra;  
Altera ab undecimâ cum lux rarefceret, ætus  
Addere claudentes iussere crepuscula festo,  
Annuaquod pompis iterat solennibus æstas.

His ex principiis ARX FRIDENSTEINIA crevit,  
Et caput ad quemvis Solem sublimius auris  
Intulit, & sese crescendo vicit, ut arbor  
Quondam sacra Jovi tacitis adolescit in horas  
Nisibus, atque ferit procero vertice nubes.

## CAPUT IV

DE

# CONDITORE AR- CIS FRIDENSTEINIÆ

QUI EST

SERENISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS  
DOMINUS ERNESTUS  
DUX SAXONIÆ &c.

**P**RIMA celebranda postquam cunabula dixi  
ARCIS, ab integro major mihi nascitur Ordo  
Carminis, extremâ quem vix attingere limâ  
Ipse Helicon posset, laudum se pandit abyssus  
Tantâ illic; quid Ego? qui vix Heliconis abortus.

Sci-

*Scilicet in seonam muse ducatur apricam*  
**CONDITOR ERNESTUS**, quâ sit de Gente Domoq;  
*Quæ sint fata VIRI, quæ dotes, quive Ducatus;*  
*Ambio sed veniam, si non hac singula chartis*  
*Clauserit Euterpe dignè, neq; fila sequaci*  
*Historia radio contexant cuncta labores.*  
*Magnanimum ducit genus alto à sanguine Saxûm*  
**ERNESTUS**, cujus moverunt Najades Ilmi,  
*Vinaria veteris quâ radit mania, cunas,*  
*Cum decimum quintum rutilo confecerat orbe*  
*Titan post CHRISTUM seclum, mundoque novellam*  
*Adderet ætatem; genitum illum Patre Iohanne,*  
*Stirpis Anhaltinæ Nymphâque accepimus esse;*  
*Ian. Guilielmus erat Ianni pater, isque parentem*  
*Te Iannes Friderice refert, Constantia cujus*  
*Victorem Carolum quintum ceu flamma metallum*  
*Mollivit, patrii sed sanguinis ultimus autor*  
*Rex Witikindus erat factis & nomine Magnus,*  
*Quem Carolus Mognus simulacra vetusta colentem*  
*Fregit & ad CHRISTUM traxit victricibus armis.*  
*Naturæ dotes inquiris? suspice cælum!*  
*Quot stellis rutilat, tot vivunt Gratia in ILLO,*  
*Naturâ siquidem mediocri stamine Corpus*  
*Extensum gracilis commendat munera forma.*  
*In facie regnat gravitas, oculiq; micantes*  
*Fulgure Regali feriunt presentia corda.*  
*Et quando rosei sacraria distrahit oris*  
*Attonitos reddit Majestatemque putares*  
*Ipsam de solio divas effundere voces,*  
*Omnia testantur divinas membraque sedes,*  
*Mundus enim nihilum fermè de Corpore Sancto*  
*Participat, semper sed primi Mobilis instar*  
*Fertur ad Elysias curas cursumque piorum*

G

Facto-

U S

Sci-

*Factorum, & Bacho cum multi tempora donent,  
Aut alii ludis consumant perdita fata,  
Sive peregrinos adament sine scenore mores,  
Noster ERONESTUS pietatis amore diurna  
Nocturnaeque suum pectus demulcet anhelum  
Suavia nec, somni dulcis, nec & Hospitis alti  
Persona, insignis decorabat quosque character  
Ipforum Regnum remoris obstare valebant.  
Hac ratio vitae primos devinxerat annos,  
Nam Musa ad motus mammis in flore juventa  
Imbibit ERNESTUS tantos virtutis amores,  
Ut dubiam faceret palmam praestantibus ausis  
Principibus summis, pietas Regina renacem  
Egerat imprimis radicem in Principe, sicut  
Surculus irrigui tricis genialibus horti  
Viscera percurrit, quem sol fovet, educat imber,  
Donec humo sese firmis amplexibus ima  
Implicat, & fixo contemnit stipite ventos,  
Cumque per Europam bello saeviret Erynnis,  
Castra sequi ERNESTUM virtus in corpore praesens  
Jussit, & aeternae famae aspirare coronas  
Egregiis factis; vidit Gustavus Adolphus  
Gloria Suecorum, divus vindexque Salutaris  
Teutonicae, quo miles equo, quibus ibat in armis,  
Sublimemque animum: postquam deserbuit ira  
Martis, & extremum vitalia stramina fatum  
Dissecuit PATRIS, Jannes Casimirus ad umbras  
Discessitque pius, & Jann: ERNESTUS in urbe*

Ifidis

Isidis exspirans abiit, sine semine' uterque,  
Arbitrio Sortis tunc permisere Ducatus  
Cum patruis fratres, cessitque, ut portio, Gothæ  
Imperium ERNESTO, quondam provincia pinguis  
Ubere glebarum; sed Reformata procellis  
Innumeris belli, quo cum luctata cruentè  
Terdehos fuerat Germania nostra per annos.

O quid molis erat Gothanam condere gentem  
Rursus ab integro & vastata pristina terra  
Reddere fata? suis ARX ipsa sepulta jacebat  
Ruderibus, Civis exhaustis rebus agebant  
Vix animas, Urbis laceraeque Cadavera flebant  
Rustica plebs Martis perpeffa vel igne, vel ense  
Sævitiâ, minimum poterat nec pendere nummum,

Hic Rhodos, hic saltus! jactet Romana Camæna  
Religione Numam, jurisq; favore Catonem,  
Consilio Fabium, laudent Cimonas Athenæ,  
Miltiadasque suos, & laus sua floreat illis.

Attamen ERNESTUS cunctorum nomina magna  
Obscurat, veluti præstringit fulgidus Astra  
Phabus, ab Eoi cum prosilit æquoris undâ.

Quamprimum Gothæ subiit famulantia tecta,  
Culmen, apexque fuit curarum & meta laboris,  
Ut duris adfecta modis Ecclesia priscum  
Indueret vultum pressura nocte fugatâ,  
Rebus & in melius versis quò docta vigerent  
Atria Musarum, gemini jurisque potestas.

Hunc quia Sisyphicum lapidem Dux volvere solus  
Non poterat, Deus ipse viros usuque, fideque  
Conspicuos tantis pensis præfecit, ut illud  
Augia stabulum, siquidem Bellona replerat  
Sordibus Europam totam, purgare valerent,  
Atque DUCEM Alcidae de humano fasce levarent.

C 2

FRAN.

Catalogus  
VIRORUM  
Primariorū,  
quorum o-  
perâ Sere-

nāssimus nō-  
ster in re-  
stauratiōe,  
& admini-  
stratiōe  
Regni vel  
usus est, vel  
adhuc uti-  
tur.

FRANZI-  
US, Nobil.  
ab HAGEN.

STRAU-  
SIUS.

LOBERS-  
BERGE-  
RUS.

SCH RÖ-  
DERUS.

AVEMAN-  
NUS.

**FRANZIUS** hos inter, velut inter sidera splēdens  
*Luna, tenet primas partes, atq; ante Gothana  
Signa stetit Themidis, Regni rudimenta que dignis  
Ne more consiliis & dexteritate polivit.*

**HAGEN** equestris apex fama, quem gloria curru  
*Ingemino supra Saturnia sidera tollit;  
Culmen enim generis generosi Pallade vincit.  
Et licet Eufeldæ montes, sylvaque, viaque,  
Inter eum & Gotham jaceant, tamen inmemor Arcis  
Esse nequit nostra, quoties sed litera missa*

*Consilium in dubiis rebus Ducis expetit, omnes  
Intendit nervos animus ferrugine purus  
Plenaq; libertas fidei, quò publica damna  
Impediat, patria & quò consultatio profit.*

**STRAUSIUS** Astrææ custos dexterrimus orbem  
*Non minus excoluit, sed post stipendia pauca  
Evocat inde Virum fati inviolabile numen  
Meiningam, claves ubi summas credidit illi  
Nuper ab Aldnburgo rude Cancellaria tacta.*

*Consilii primas posthac direxit habenas*

**LOBERSBERGERUS** Decus indelebile Legum,  
*Quem paradisiaco jam Cælum neētare pascit.*

**GUILLIELMI ADES SCHRÖDERUS** adotea magna  
*Urbis ubi largo propè Werram fonte salina  
Ejaculantur aquas, Eoæ venit ab oris  
Francidos, in dubiis rebusque oracula plena  
Justitiæ dixit, cum laudeque Casaris aures  
Legatus faciles lassavit, ibique Palati  
Casarei Comes est factus, sed calculus illi  
Incisis vasis animam exturbavit acutus.*

**O AVEMANNIADES**, Vir consultissime, nostri  
*Delicia Ducis, radians jurisq; nitela!  
Quid de TE referam? ceu cæli sustinet Atlas*

Mar-



Marmora, Consiliis ita fulcis Regna Gothana,  
Testium Apollo meus nubes adducere posset,  
At agat id parce, ne fumos vendere dicar,  
Nam Regenspurgum toti Germanidos orbi  
Ingenium, dotesque Viri detexit, aristas  
Tres ubi jam degit pro libertate Thuringa.

**SECKENDORFI** etiam virtus & musa merentur

SECKEN-  
DORF.

Hoc in agone suas laurus, quem Misnia nostra

Invidit patria, è veteri traxitq; Gothanz

Conditione plage promissis montibus auri.

Eheu perdidimus dexterrimo Apolline tali

Magnam Parnassi partem Themidosq; fodinam

Publici & privati Juris perdivicem & Artis,

Nec minus in tali sudavit Carcere **MILTIZ**

MILTIZ.

Nobilitatis honos, ut equus, cum sanguis, & etas

Integra fervet adhuc, Cursus hinnitibus horam

Provocat, & sparsa præluat pulvere, sed cum

Frangitur atatis macie, certamen anhelans

Aspicit, & pedibus diffidit querere honores.

Dumque foris Avemannus agit par nobile juris

**HEIDENREICH LIDLOFQUE** suis commune talentis

HEIDEN-  
REICH-  
US.

Jusque, bonumque regunt, **ILLE**, ut Cynosura carinis

Sidonis præscribit iter felix, **HIC** ut astrum

LIDLO-  
FIUS.

Clarum Helices Græjas naves per vasta gubernat

Æquora, Cumæos florescat ritè per annos

**ILLE**, dies pylios Hicq; est transcendere dignus

Linguarum studiis ut ovet Mithridatis ad instar!

Quis superare dabit Phæbum? dum laude mutantem

Euterpe **AVIANUM** cupit officiosa Gothano

AVIANUS.

Inseruisse choro procerum, sed purpura laudum

Quæ rutilat? generis splendor, doctrinaque summa

Me facit incertum; Sicut in Thuringiæ olympo

Culmina cui nomen molis tam, rara profunda,



Ni fallor, pariunt, dubio lignaria turba  
Stat ferro, primum quod vulneret ictibus ornos  
Hic videt annosas, illic pineta securi  
Apta, alibi fagos procero stipite lustrat.  
Sic dubius musis circum tua facta Aviane  
Magne! feror, siquidem supra fastigia avita  
Alta domus scandis virtutum laude, tuag,  
Pallade natales longè præcedis amicâ;  
Nec tua Majestas Themidis præcordia tantum  
Occupat, exercet tantumq, forensibus actis;  
Verum Helicon musis intra tua pectora cunctis,  
Hospitium extruxit, natos Cicerone lepores  
Lingua tibi fundit, mulsum facundia mollis  
Nestoriq, pluit, Tibi Daphnica ferta Poësis  
Vilior in terris nunc algâ, & amarior Herbâ  
Sardoniâ debet, cujus dulcedine fessum  
Ingenium recreas, quoties Astræa bilance  
Suspensâ paulum dimittit in otia leges.

VIR Generose! tibi digitis concordibus ævum  
Candidius niveo deducat lacte JEHOVA  
Cum vulgoque tuam moveat nec funeris urnam.

ZAPFFIUS. ZAPFFIUS, albensis qui nuper venit ab Ilmi  
Litore, Vinariæ quâ dirimit arva locabit  
Egregias operas juri patriæq, Dynasta.  
Nam trahit Aonias omnes, Heliconaque totum  
Secum; testis erit Musis cultissima Jena,  
Quæ mihi sæpe Virum digito monstravit, & HIC est,  
Dixit, nempe Themis consulta, & juris Orion;  
Virginis Assessor, quæ ponderat omnia lance  
Legiferâ, à carie juris defende nitorem,  
Consiliisque piis Regni servare tenorem  
Nitere firmatum, sic TE super ignea mundi  
Templa vehet rumor, dabit immortaleque nomen.

Ulti-

Ultimus est numero procerum Breuthauptius, insidias  
Non tamen est meritis, Camerae sed cura Ducalis  
Provida commendat Praefectum nomine magno,  
Magnas divitias siquidem de faenore parvo  
Collegisse juvat Domino ceu Misnicus Albis  
Fontibus ex minimis crescit superatque sequelam.

Sic cecini Procères juris de Gente supremos,  
Consiliis quorum est Dux Illustrissimus usus.

Nunc meus ad primas convertet Apollo columnas  
Theologiae faciem, sine qua spississima Regnum  
Nox erit, & totus Chaos ille tabile mundus.

Hac in classe locum primum tenet enthea GLASSI  
Pieris, à Pindo quam misit Jovæ Ienao;

GLASSIUS.

Qua Sala vitiferos vitreus discriminat agros;  
Quanta VIRI fuerit Sapiëntia, quanta laborum  
Pondera felici successu gesta, Gothana

Fama docet, cedro testantur Scriptaque digna,

Quae Venus, & miro gravitas condita lepore

Nobilitant, & quae Paulum, si nomina demas,

Concinnasse putes divum, hinc concludere palmam

Oceanum potius possem, quam dicere laudes

GLASSIADIS; quis non, si flectere fata trabali

Fixa DEL clavo licuisset, secula cervi

Longa viro optasset, vel si redimenda viritim

Vita foret GLASSI vitam, quis parte carere

Nollet, ut ad cathedram redeundi grata potestas

Doctore fieret, sed fati cedimus illum

Non exorandis, quem putri à flumine Lethes

Vindicat, & Scriptis illius fama superstes

Conciliat nomen, dignos & Apolline honores,

Donec erunt ara, donecque Ecclesia Gotha

Edomitis monstris in flore virente manebit.

GLASSIADI Collega datus BRUNCHURSTIUS altam

BRUN-  
CHUR-

Luce, STIUS.

Luce, Viri cujus pietas spectata labore,  
 Consiliis que fides, spectatur ut ignibus aurum,  
 Sive scholis methodum prescriberet, atque Minerva  
 Cornua praeferret teneris animabus, & Aula  
 Consuleret monitis, seu dignus vindice nodus  
 Expediendus erat; certe concordia fratrum  
 Sidera Tyndaridum non tantâ luce secundant  
 Navis iter trepida, ponto pacisque futura  
 Non ita fausta movent praesagia, cum Notus undis  
 Vim facit iratus, ceu quondam templa, Scholasque  
**GLASSIUS**, & juncto **BRUNCHURSTIUS** Marte juvabant;  
 Longius hinc illos sejunctos noluit esse,  
 Arbiter humani generis, sed in aetheris aula  
 Felices animas rursus sociavit, & illas  
 Induit aeternâ, ceu priscae praemio amoris,  
 Luce, jubar cujus Solem, Lunamque coruscant  
 Provocat, auricomas perque aetheris atria flammâs,  
 Sed velut, occiduis cum nostri deserit orbem  
 Phœbus Horizontis, Nox fuscis omnia lucis  
 Contegit, & rursus terram Sol luce serenat,  
 Quae caruit primum radiosi Hyperionis auro;  
 Patria sic alius bigam illam sinibus ortam  
 Sensit, & ingrata multum tunc noctis habebat,  
 Quam **DEUS** accessu **GOTTERI** amovit ab aris  
 Gothaicis, & dum **LUDOVICO** credidit Aula  
 Pulpita **ERONESTUS** Decus ævi, Gemma Ducumque,  
 O Sophia Heroes! O Religionis Atlantes  
 Salvifica! vestras num tangam Carmine laudes?  
 Cum Cytharædus eas vix dignè posset Arion  
 Exprimere, arguto quamvis tam pollice chordas  
 Tangeret, auritum quarum dulcedine movit  
 Delphina, ut tergo rabidis subduceret undis  
 Artificem fera squamoso, vitamque canora

GOTTE-  
RUS.

LUDOVICUS.

Artis

Artis mercedem in ripis servaret Arion  
Tanariis; veluti Virgo, dum sedula pictos  
Colligit in calathos flores, quos demetat ungue  
Ambigit incurvo primum violasne, rosasve,  
Aut prius in gremium decerpit cana ligustra.  
Sic dum Pierius vestras extollere laudes  
Ardeo remigiis, confundor, nec scio primum  
Quid celebrem, laudum vel qua sit meta suprema,  
Tanta caput vestrum circumvolat undiq; virtus,  
Cujus praeo dies erit optimus, ipsaque fama.

O Ephori Sancti! seram per lustra senectam  
Mille ferant Parca vobis, Ecclesia nostra  
Ver agat ut longum Vobiscum, & vedia vitet  
Decrepiti senii, curratque serenior aetas.

Synedrioque operam praestat **GISBACHILUS**, *amnis*  
Splendidior vitro qualem sitientibus arvis  
Exhibet, insanus dum terras Sirius urit,  
Floribus immodico furatur & igne medullam.  
Hic utinam rivus Tempe Gothana rigaret,  
Donec ad extrema Phœnix jam nata senecta  
Perveniat punctum, seseque resemet ales.

**GISBACHILUS.**

Hos, ceu fulcra, **VIROS** Iovæ clementia Regno  
Supposuit, telas qui conjungere laborum,  
Ingeniosa ut apes, dum florum prodigus annus  
Fundit opes, miro disponunt ordine pensa:  
Pars avidis stomachis Hyblaos fertur in hortos,  
Floribus è variis ubi sugunt dulcia mella,  
Cum violisque rose succos & olentis acanthi  
Temperat, illa thymum scrutatur, & illa papaver  
Lambit, amat Clyties aurum haec gemmasq; ligustri,  
Huic Hyacinthe places, illas Amaranthus amore  
Attrahit, aut molli delectat Amaranthus herbâ,  
Quae satura est cerus.

Qua

Quaritat, ambrosia quò succis cerea slipe  
Horrea; sed partis miranda industria cellas  
Exstruit interea natura exercitus armis  
Præditus infestos fucos præsepibus arceat;  
In mediâ sed Dux examinis eade quiescit,  
Cogit ad officium propriâ præsentia apesque.

**RUTIFER ERNESTUS** sic, Magnatesque fideles  
Imperium methode concinnâ, & legibus aureis  
Constituere, quibus successus arbiter avi  
Addidit optatos, novemque aquilone secundo  
Impulit **ERNESTI** mundi Proreta supremus,  
Pro lubitu Cujus Regnis arcana voluntas  
Metitur sortem, digitisque potentibus avum  
Longius, aut brevius fatorum è stamine ducit,  
Ut jam nobillus Regnum sub fornice mundi  
Astriferi non sit, videant nec pulchrius illo  
Sidera, perpetuo qua primum mobile motu  
Corripit: Hic Artes, & Religionis honores  
Divise proventu crescunt, quantumque Thuringa  
Frugibus est aliis terra facundior arvis,  
Artibus, & verbi tantum cælestis amore  
Gotha supra populos vicinos eminent, ipsa  
Experientia quod restatur, sive Minervæ  
Castra, Scholas dicunt, per totum sparsa Ducatum  
Aspicimus, seu Tempia DEI, cultumque notamus  
Sive Catechesin laudem qua cuncta Ducatus  
Climata magnificat sancti cum jussu **ERONESTI**  
Quinquennes pueros, annis similesque puellas  
Ad sua pensa vocant, Silicennia cunctaque Classes  
Injungunt subiisse suas tolerantibus annis.  
O methodum sanctam! methodumq; per omne celebrem  
Punctum! quam toties Legati rite bearunt,  
Quam præter solitum Romanaqua Curia laudat.

Sive

*Sive quis imprimis miretur docta Gothani  
Atria Gymnasii, quorum ad subsellia terris  
Confluit è variis emissa Colonia Phabi,  
Ut facile induci possis sua pulpita Memphis  
Deposuisse Gothæ; cunctis praelata Lyceis  
Evehiturque super stellata palatia curru  
Aonio WILKI, WEIZI, REYHERI, ut & HESSI.  
Hic etiam Themidi Pax oscula figit, & ulnis,  
Ambit eam veluti frondosam pampinus ulmum.  
Exitium passi vel marce, vel igne penates  
Imperii rursus vultum, frontemque serenant  
Abjectis larvis, truncant formaque nitore  
Pratercuntis iter: lati commercia Cives  
Ditia commiscunt, dum Curia fascibus alta  
Justitia cernit prudentem vota Senatum  
Dirigere ad Gothæ Sortem, Populique secundam  
Præsidibus Claris Pfefferkorn, Languthioque  
Meusmanno & Sorgis Legum pendente bilance  
Et gladio supra Procerum Capita alma, Domusque  
Tecta, suis animis ut semper Iuris, & æqui  
Imprimerent factem calcarque laboris haberent  
Fugiter ante oculos, pinguisque Colonus in agro  
Fortunatus agit, veterisque incommoda belli  
Sorte novâ sepelit, quò deflue cornua Cervus.  
Ipsam AULAM reparat, quod cætera regna resolvit.  
GRIMSTEINIque vetus mutato nomine Lumen  
Ordo renascendi nitidas producit in auras.  
Scilicet ut stella renovant occasibus ortus,  
Lunaque finitur, quò plenior exerat ignes,  
Et vada, quæ manes feriunt, & tartara nigra  
Altius exiliunt nubes tactura supremas.  
Strictius: ERNESTO Gothanus ubique recessus  
Debet, quicquid habet Pietatis, Sortis, & Artis.*

A.1640. jus-  
sit Sanctissi-  
mo Spiri-  
tus S. instin-  
ctu Sereniss.  
Noſter BI-  
BLIA SS.  
Germ. notis  
ex Ebr. fon-  
te purè flu-  
entibus il-  
luſtrari,  
quæ poſtea  
A.1649. No-  
rinbergæ  
typis ex-  
ſcripta ſunt.

*Nec tantum patriis ERNESTUS clauditur oris,  
Sed vehitur fama ſolvi-meruentibus alis.  
Orbe ſuo major, quâ terras bruma perennis  
Urget, & immodicis exaſtuat India flammis.  
O quoties tumido ſuſpexit litore Mœnus.  
ERNESTI Scepterum, quâ præterlabitur agros  
Wurzenburgiacos; redimitus arundine longa  
Danubius quoties famulas virtutibus undas  
Aptat ERONESTI, terrarumque inferit ipſum  
Concilio Urbs, nomen cui fluxit ab imbribus udum.  
Chriſtiades etiam Muſa, Pegneſius arenis  
Ludit ubi vitreus per magnam Noridos Urbem,  
Subjiciunt ejus celebres Pietatis amores  
Dulciſonis chordis, & toti prodeſſe mundo  
Continuant, ſacroſancta typis dum BIBLIA mandant  
Sumptibus ERNESTI, quæ colluſtrata Notarum  
Sideribus, ſenſus retegunt ſine nube latentes.  
O opus æternum! quod ſtos, Nectarque Virorum  
Effigiat ope divini FLAMINIS, inter  
Quos ducit funem Myſtarum docta Quadriga  
GLASSIUS, HIMMELIUS, GERHARDUS, MAJOR, ho-  
Quæis parit æternos rerum in ura ſacrarum. (nores  
Qui Gurges? Sylva? Pagi? terraque remota  
Sunt ignara DOMUS ERNESTO Principe nata?  
Egregius qui non FRIDSTEINIÆ honoribus Aer  
Tinnit? EAM norunt qui ſtævâ Tyberis undâ  
Conſuevère ſitis flammâs extinguere, quique  
In Veneto merces exp. nit litore, & auro  
Quos tumidus ditat Tagus, Electroque ſuantis  
Unda Padi, nomen quin Fridenſteinæ in aure  
Tartarei Turca ſonat, invidioſa Britanni  
Natio, quàm Nereus jam commiſcere cruenta  
Prælia cum Belgis cernit, miratur eamque.*

ſed



*Sed quid Calliope tentas intexere peplo  
 Pierio ERNESTI Cunas, fanzamque, Domumque?  
 Nam cumulare Ejus laudes, monumentaque quisquis  
 Nititur, hic tenebris Solem clarare videtur,  
 Vastaque Cælorum metiri marmora palmo.  
 Quod regnat minus est, quàm quod regnare meretur,  
 Exceditque suis longè mortalia Regna  
 Factis Semideo similis. Connubia nulla  
 Inferiora gradu quoque sunt, tædasque nec unquam  
 Pronubus accendit rerum felicius Autor;  
 Aptius aut vinclo casto Par junxit amoris  
 Prolifici, mentes tam pulchrè ex asse respondent;  
 Hinc opera precium facturam duco Minervam,  
 Conjugium ERNESTI si dixerit ore Laconum,  
 Nam licet hic essem quavis vocalior aurâ  
 Vix tamen exiguam laudis complecterer umbram.  
 Urbs jacet, extremo quâ Misnica terra notatur  
 Limite, prospiciens radiantem vertice Solem,  
 Dicitur ALDBURGUM, qua Pleisa argenteas arva  
 Irrigat, et sylvis abscondit sapius undas.  
 Hic FRIDERICUS GUILIELMUS floruit, à quo  
 Linea, ceu primo diffunditur auspice, Rute  
 Aldenburgiacæ, proles JANNESque PHILIPPUS;  
 Filius huic fato Cæli, Sobolesque virilis  
 Nulla fuit, tantas servabat FILIA sedes  
 Unica, quam multis Germania nostra petebat  
 Principibus, thalamum quibus importuna negarunt  
 Fata, sed ERNESTI Deus inflammavit amore  
 ELISABETH SOPHIÆ Cor, quem per mutua nexis  
 Sponsio firmavit dextris, tandemque jugales  
 Lampadas erexit sextus trigesimus Annus  
 Sedecimi seculi, dulcem cum prali saporem  
 Exprimerent uvæ, hederisque recentia passim*

Matrimonio  
 sibi Illustr.  
 Dux & Do-  
 minus, DN.  
 ERNESTUS  
 Ann. 1616. d.  
 24. Octobr.  
 Aldenburgi  
 adjunxit Il-  
 lustr. Princ.  
 & Domini  
 JOHAN-  
 NIS PHI-  
 LIPPI filiam  
 ELISABE-  
 THAM SO-  
 PHIAM,  
 Dominam,  
 nostram,  
 Clementis-  
 simam.

*Vina coronaret pubes defixa per agros.*

O fata Gente Ducum, quibus est insigne paternæ  
Ruta Domus! Nostri Ducis O sanctissima Conjux!

Catalogus  
Illustr. FI-  
LIORUM.

I.

Dux JO-  
HAN. ER-  
NESTUS  
natus est Vi-  
nariæ d. 18.

Septembr.  
1638. denat9  
die 27. Nov  
ejusd. Ann.

comparatur  
propter ni-  
mis maturã  
mortem

POMO,

II.

JOHAN-  
NES ER-  
NESTUS  
natus Gothæ  
die 16. Maji

1641. obiit  
1657.

comparatur  
propter ju-  
dicii acri-  
moniam, &  
Cœlestem  
animum

QUILÆ.

TE quibus hic apici Cœlorum laudibus æquem?

Eusebiamne prius mirer, dotesque pudica

Mentis, & ardentes CHRISTI sub pectore flammæ?

Sed tacitos intra sensus venerabitur illa

Imbellis pietas, & jam tantummodo partus

Enumerabo Tuos, O nostra Cynthia terra!

Quæis superas avias duplici de stemmate natas,

Pondus Atlanteis patriæ fulcisque columnis.

Primitias autem casti designat amoris

JANNES ERNESTUS, quem primum aurora videbat

Vinariæ roseis bigis invec̃ta, canistris

Textilibus cum pos̃t tadas bis Poma decorus

Clauderet Autumnus, sed post duo cornua Lune

Primævi purum floris male nescia Parca

Parcere, ceu pomum rodens tinea enecat, atas

Cui viridis crudas vix est largita medullas.

Tertius à fato fratris, cum floribus arva

Majus odoratis passim vestiret, & omnis

Luxuriaret ager pubescente undique partu,

Filius orbata rursus Genitricis in ulnis

Repsit, & imposito defuncti nomine fratris

Tristia Saxonica solidavit vulnera Ruta.

O Dolor! Imperio quos non primæva juvenus

JANNIS ERONESTI montes promiserat auri?

Vitæ flore Puer tuit, ast gravitate seniles

Excellens rugas, tantum juvenilibus annis

Major erat, quantum reliquas pernicibus alis

Vincit aves Custos Idæus fulminis; ille

Rex avium quando vires, artemque volandi

Exercere cupit, naturæ carbasa ventis

Ocyor

Ocyor expandit, subito & se credit aperto  
Aeri, & inceptum cursum sublimius urget,  
Donec ab egeleis regionibus aetheris oras  
Fertur in empyreas, oculis & Sole probatis  
Sidereos orbis lustrat, neque lumen Olympi  
Est grave lustranti, sed nidum poneret illuc  
Immemor assuetæ prædæ, generisque, domusque.  
Sic animâ dum Dux Virtutis ad ardua tendit  
Fugiter, in tenues moriens evanuit auras  
Quatuor exactis lustris, quem Regia Cæli  
Imposuit solio, cuius sunt aurea fulcra,  
Distinguitq; jugum gemmarum argenteus Ordo.  
O dilecte DEO! quem non exercita duris  
Fatis regna tenent, sed qui concordia Cæli  
Concilia, Elysiumque colis, Rutæque Dynastiis  
Permissas animas cernis, rursusque videris  
Illis, in quorum jam vitâ, & luce triumphas.  
Illustri (cano vera) Patri sunt aurea Regna,  
Sunt Anima multa, facili Gens cerea cultu,  
Divitiæque simul; quoties sed sortis amara  
Noctem, hyememque ferens supra caput imminet illi  
Imber, & adversis Regni mare volvitur auris?  
[Sic fert conditio Mundi] spes nulla salusque  
Sapius apparet, labor undique & undique cura.  
Quam melior longè TIBI Sceptri portio cessit  
Flos juvenum! regnas æternum ditior, arvis  
Hesperiam quàm si Gothanis limite mensor  
Jungeret, atque TIBI Circus pareret uterque  
Saxonix. Formose vale Dux, Accola Cæli!  
Non moritura Tuæ sit, veris gratia iumba,  
E Parisque Tibi saxis emissa roseta  
Præter natura cursum, violæque parentem  
Purpurea, & durâ crescat Narcissus ab utnâ,

Inga

III. *Ingeneretque simul foliis tua nomina verum,  
 Alma parens, secli qua sis pars sepe futuri.*  
**CHRISTIA-** *Ordine CHRISTIANUS sequitur natalia Jannis*  
**NUS** lucem **ERNESTI**, Phæbo semel hybernante in aquosis  
 aspexit Go- *Piscibus; & veluti nocturnas Luna per umbras*  
 thæ d. 22. Fe- *Exserit argentum pallens, ferrugine nubis*  
 bruar. 1642, *Inficitur rursus densa, tegiturque tenebris;*  
 circa vigiliã *Sic satis ERNESTO, media qui noctis abactò*  
 tertiam, & *Curriculo natus, vix binas vixerat horas,*  
 tantum duas *Ossea Parcarum cum Triga calore tepenti*  
 horas vixit. *Matris adhuc Puerò vitalem extingueret ignem.*  
 comparatur *Hei mihi! tam propero non demittit ungue rubentem*  
 ob brevissi- *Nympha Rosam florum dum pictis errat in hortis.*  
 mum vitæ *Exigit ordo Tuas Cunas FRIDRICE referre,*  
 florem, *Aurea Spes Rutæ! quas primum aspexit Apollo*  
**ROSÆ.** *Occiduis, Stellam cum circuit igne Leonis*  
 IV. *Nocte sub æstivâ: medium tunc cursibus axem*  
**Dux FRI-** *Conjugium Patris decimi trajecerat anni.*  
**DERICUS** *Nomino si Generis TE FRIDERICE Leonem*  
 Gothæ naty *Non erro: Patrii dudum videt e Penates*  
 d. 15. Jul. *Ætherea mentis jubar, Argentina refulget*  
 1646. vesp. *Quo jam Casateo quondam renovata labore,*  
 comparatur *Sub juga Romanis cum Rhenum cogeret armis.*  
 propter ani- *Ipse Garumna rivos, & Sequana latior undis*  
 mi Genero- *Expetit adventus, hinc tollit arundine nexum*  
 sitatem & *Gurgite sepe caput medio, gestitque videre*  
 gravitatem, *Vela tua navis, cecidit TIBI murmuris aura*  
 summâ co- *Omnis, & omne TIBI stratum silet aquor, ad Arces*  
 mitate con- *Liligeri Regis pellacia summa rudentes*  
 ditam, *Navigii vestri trahat; O fortissime Saxo!*  
**LEONI.** *I pede felici, quo TE rapit impetus acer!*  
*Gallica Regna petis, Tempe pulcherrima Mundi?*  
*Fert animus BERNHARDIADIS, qui nomen Achilli*  
 Armi-

*Armipotens magno, mentemque equavit Olympo,  
 Cernere dispositas acies ad mœnia quondam  
 Brisacki, castrique locum, radiosque rotarum  
 Flammiferos captam quibus iovit Victor in urbem,  
 Atria stant illuc, cervice ubi Rutifer HEROS  
 Neuburgi collapsâ humeros decessit ad umbras;  
 Vomere Narcissus veluti succisus adunco  
 Demittit collum, terrâ moriensque recumbit.  
 Limen ubi attinges, florum Natura maniplos  
 Suggestat, ut Patruî manes, Animamque beatam  
 His saltem accumules donis, gratusque parentes.  
 Si placet ulterius peregrino Sole calentes  
 Visere terrarum tractus, ubi rudera Roma  
 Tyberis alluvie lambit, quaque Hermus arenas  
 Exspuit auríferas, ubi Turcarumque sepulchris  
 Hungaria campos fœdatos abluit Ister.  
 Seu TE Saxonidum pulcerrime! fama Viennæ  
 Attrahat, & solio fulgens LEOPOLDUS avito,  
 Sceptra gerensque manu, quibus orbis servit uterque  
 Europa: seu TE Terrarum Curia sacra  
 Detineat, Regenspurgum quâ ponte coerces  
 Luxuriantem Istrum; seu pulcras indice fumo  
 Monstret iter portas Augustæ, & tecta, cruore  
 Quæ signare Tuus Proavus præsentem Monarchâ  
 Imperii, & Procerum circumfistente coronâ  
 Maluit, hæretico quam vina infecta veneno  
 Libare, Ausonio quæ Roma ferebat in auro.  
 Aut si fortè tuam requiem metaris arenâ  
 Noridos, eructat qualem Pegnesus amico  
 Gurgite: quaque moves gressum, & vestigia figis,  
 Ignis, & unda tuis pedibus famulentur, & aura  
 Prælia nulla gerant, Austro conspiret amicè  
 Euris, & Arctois spirantia labra procellas*

E

Com-

Mortuus est  
 D. BERN-  
 HARDUS  
 ille Magnus  
 d. 8. Jul. 1639.

Ann. 1530.  
 d. 25. Jnn.  
 vid. Chytr.  
 Saxon. f. m.  
 321. seq.



Eventus re- *Compeſcat digitis, & ſi mea vota valebunt,*  
ſpondit dū *Flaminibus tantum Zephyrus mulentibus Orbi*  
Seren. Prin- *Præſit, quaque datur gradientem voce ſaluet.*  
ceps Hiſpa- *Militiaque manus ſupra delecta ſalutem*  
nicis excur- *Noctæ dieque tuam defendat, & arceat hoſtes*  
ſionibuscir- *Excubiis fidis, quos armat mundus & orcus.*  
cumdat9 in- *Bachovique Tui præſentia munit omnes*  
columis C. *Actus & laudes, [ſiquidem Tua dormit in illo*  
D. evaſit, *Sors Homine, & certè ſi fas eſt credere Muſa,*  
quod peri- *Ille Tibi tanquam Soli famulabitur olim*  
culum DN. *Phosphorus ut clarus, primusq; erit ille Miniſter]*  
LUDOVICUS *Integer ut patrius inſigas oſcula portis,*  
ex historiâ *Inter & amplexus ſuaves, & miſta Parentum*  
Tobiæ jun. *Gaudia lacrymulis, poſſis narrare recessus*  
piſcem in- *Orbis, aquas, montes, & nomina multa locorum*  
vadentem, *Explorata viis, & rerum mira notata,*  
diſſecantis *Postquæ Thronum Patris conſenſu letus adire.*  
facundè è *Nunc decet ALBERTI tempus natale referre,*  
ſuggeſtu de- *Incidit in Majum quod nato fratre ſecundum*  
lineavit. *Emicuit: quantus tunc ERNESTINA per arva*

V.  
Dux AL-  
BERTUS  
natus 1648.  
d.24. Maji.

comparatur  
propter vir-  
tutis amo-  
rem, &  
ſplendorem  
Heroicum  
LUCIFE-  
RO.

*Latitia ſplendor! veluti, cum Lucifer umbras*  
*Somniferas arcet mundo, lucisque ſuperbis*  
*Primitiis, totus natura vultus amænum*  
*Induit aspectum, ſtellati floribus horti*  
*Rident, & varios miſcentia præta colores*  
*Tripudiant, aviumque chori ſub tegmine ſylva.*  
*Cantibus ambroſiam ſpirantibus aëra mulcent.*  
*O Albertiades! ſic Kuta Paterna Tuarum*  
*Lumine virtutum ſplendescet, noſter Horizon*  
*Auro ſicque Tua radiabit mentis honoro.*  
*Juſtitia Soli CHRISTO, Thuringiæ Orion!*  
*Fascibus inſervi juſtis, ceu forma juvenæ*  
*Plena DEO effundit ſpem, quam ſibi magna triumphis*

Suecia

Suecia decerpit, partes hinc, armaque summa  
Deposuit Martis Tibi, vota que libat ut olim  
Fortiter adversos adeas, & multa trophaa  
Saxoniciis terris importes, en! caput inde  
Erigit illa suum, cupido circumspicit atque  
Lumine & adventum vestro rumore refertum  
Provocat exclamans, quando comitantibus astris  
Lucifer ille venit? veniat virtutis agalma!  
Francia sed votis opponit vota reclamans  
Albertus nostris feliciter imperet oris!

Excipit Albertum BERNHARDUS, cui dedit aurâ  
Vitali vesci gemino Septembre peracto  
Jova Sator rerum; Mundi venerande Dynasta!  
Te Pater ERNESTUS, PATRUI TE strenua virtus  
Excitet, ut nomen factis illius adaeques!  
Dux fuerit quantus, referet Lützenia pugna,  
Germanique dies, & Gallica Regna tropais,  
Donec in excelsis rutilabunt sidera caelo.  
Urta velut raptis catulis exastuat irâ,  
Currit & huc illuc, indagine quarit eosque,  
Rutifer Æacides sic aras, atque penates  
Hostibus eripuit, Libertatemque periculo  
Sanguinis oppetiit: tantos imitabere motus  
O BERNHARDIADES, & Avunculi honoribus instes!  
Instes! sed Patris censemus Moribus aptum  
TE potius, veluti concepit tota Ducatus  
Spes, quam sperati promittunt jugiter actus.  
Et sicut ERNESTUS Doctor in honore locavit  
Primo, sic sancte facies BERNHARDE patrisans,  
Exposita est siquidem non tantis Aula periclis,  
Quæ regitur Sophiâ Scripturæ, & Legis amicâ.  
Contigit his DUCIBUS RUTÆ de sanguine nasci  
Horrificos inter Regni, Bellique tumultus.

VI.

Dux BERNHARDUS  
natus 1649.  
d. 10. Sept.

comparatur  
ob Nomen,  
Patrualem,  
glorios. &  
Patriæ amo-  
rem pient.

URSÆ  
cui catuli  
rapti.  
2. Sam. 17.

**VII.** *O memoranda DEI pietas! qua turbine Martis*  
 Dux HEN- *Obsessam patriam permisit tanta videre*  
 RICUS na- *Fulcra spei optata! sed postquam reddita terris*  
 tus 1650. d. *Pax Alemanniæ, Rutam crevisse videmus*  
 19. Nov. *Latius ERNESTI per Regnum: luce Novembris*  
 compar. *Nam decimâ nonâ vitæ processit in usum*  
 ob tempus *Filius HEINRICUS, cui Paci Spiritus aptus*  
 natale Pacis, *Dirigit illustres artus, hinc Pacis abundet*  
 & Spiritum *Fonte perennantis, quem nunquam turbida Erynnis*  
 pacificum. *Obstruat, & sub quo reseret non limina Janus*  
*Ferrea; pacis enim fructus usuraque gemmas*  
*Nobilitate Tagi superant, præstantque Sabais*  
*Messibus, Hesperium prævertuntque aurea poma*  
*Pace viret pietas, ornantur floribus Ara,*  
*Justitiæ gravitas exercet munia, Musis*  
*Crescit honos, Antlis majestas redditur, Urbes*  
*Nimbus opum largus ditat, Civesque reponit*  
*In decus antiquum, Pagos animatque sepultos*  
 Optima Pax rerum. **TALEM TE PRINCIPE** noster  
*Orbis agat vitam: velut Arbor Pacis ad undas*  
*Luxuriat riguas baccis bicoloribus, atque*  
**OLEA...** *Lata per æthereas spatiatur frondibus oras;*  
*Sic HENRICE Tuo dabit incrementa secunda*  
*Imperio Numen, quod temperat omnia nutu.*  
*Tres glacialis ubi finivit bruma Calendas*  
*Clavigerique dies Jani jam sexta nitorem*  
*Spargeret in solitum, subito natura priori*  
*Disimiles habitus, & vultus induit ipsa*  
*Quin Elementa novi subit admiratio Veris,*  
*Dum simulant abitur veteri contraria mori*  
*Frigora, captivis intercedenteque Sole*  
*Vincta fluminibus solvunt, concordibus auris*  
*Eolus imponit campis, & credere cogit*

Veris



*Veris adesse dies, florendi rebus amores  
 Irrepunt statim, calices discludere gestit  
 Plena rubore rosa, & viobarum purpura passim  
 Emicat, & gemmas tentant proerudere vites  
 Temporis immemores, extrâ se rapta volucrum  
 Attica Sirene modulandi languet amore.  
 Causa latens, hyemis mutatio scilicet, omnes  
 Reddidit ancipites, donec rem garrula fama  
 Detegit enarrans, quod sit tunc editus aula  
 Filius octavus Gothanæ, **NOMINA CHRISTI**  
 Qui gerit omnibus dextris. Spes optima Regni  
 Cui se cuncta comant rerum collegia, salve!  
 Palma velut floret, serosque virescit in annos,  
 Fasce nec opprimitur, seseque reseminat arbor:  
 Sic **CHRISTJANE** Tuum Nomen, **Fortuna, Decusque**  
 Attrahat aternos à **CHRISTI** sanguine succos,  
 Atque onus adversum reprimat constante vigore,  
 Donec Olympiadas dimensum Nestoris urna  
 Detineat corpus, sed in Aula pauset Olympi  
 Spiritus, in socios qua rursus junget amores  
 Vox inopina tuba, **CHRISTI**que **suprema potestas.**  
 Tertia cum Julii bis sex compleverat aetas  
 Soles, **RUTA** novum produxit Patria Germen  
 Cui Pater imposuit proprio de nomine nomen  
 Dux formosæ leges Patris vestigia divi?  
 Sic fat erit Patriæ: meliores tempora fasces  
 Nulla ferent, quamvis ter centum mille Calendas  
 Expleat integritas mundi, redeantque sub aurum  
 Secula Saturni: non degenerare Parentis  
 Incipies gradibus tantis, **ERNESTE** Tuorum  
 Mellea spes! sed Apum mores imitare celebres,  
 Sedulitas quarum patriis est amula curis,  
 Melle favos stipant, fugiuntque Examina taxos.*

E 3

Prima

IIIX.

**Dux CHRISTIANUS**  
 natus 1653.  
 d. 6. Jan.

comp. pro-  
 pter mentis  
 generosita-  
 tem & famæ  
 immortalitatem  
**PALMÆ.**

IX.

**ERNESTUS**  
 natus 1656.  
 d. 12. Jul.

comparatur  
 ob futuram  
 divi Paren-  
 tis æmula-  
 tionem, &  
 Regiminis  
 prudentiam  
**API.**



**X.** *Prima dies Martis cum veris luce serenâ*  
**JOHAN-** *Purpureas violas, & florum regna referret,*  
**NES PHI-** *Ecce puerperio fausto sanctissima Conjux*  
**LIPPUS na-** *Edidit in lucem Puerum, qui nomina Avorum*  
**tus 1657. d. 1.** *Junctim suscepit, sed Mensis ab ubere raptum*  
**Mart. dena-** *Abstulit ille idem, viola ut quæ nascitur uno*  
**tus ejusd. 18.** *Mense, decusque suum rursus deposuit eodem.*  
**comparatur** *Sustulit aut Bonitas ferales summa suppressos*  
**ob breviss.** *A foribus FRIDENSTEINI, donavit aristas*  
**vitam.** *Postque duas JANN ERNESTUM, rursusque Parentum*  
**VIOLÆ.** *Corda serenavit mæroris nube fugatâ.*

**XI.** *O divine Puer! velut effert cedrus Olympo*  
**JOHAN-** *Alta caput, salvo nescit que cacumine mortem,*  
**NES ER-** *Sic Tua se virtus superos extendat in axes,*  
**NESTUS** *Nescia Fama mori nec cesset crescere, donec*  
**natus 1658.** *Impleat Europæ bipatentis limen utrumque.*  
**d. 22. Aug.** *Post trila vina iterum, terni mediumque Novembris*  
**compar. ob** *Germine Ruta novo floret, sobolemque virilem*  
**Animi ex-** *Progenit Gothæ, refricar quæ nomen Avorum;*  
**cellitatem,** *Sed velut uva rubens inopinâ falce coloni*  
**virtutumq;** *Tangitur, Infantis sic mors incidit avara*  
**famam** *Stamina, primitias cum veris ferre sequentis*  
**CEDRO.** *Martius incepit; Corpus requiesce tenellum*

**XII.** *Suaviter in tumulis, Animam dum diva saginat*  
**JOHAN.** *Ambrosia, illustres quæ mox reditura sub artus.*  
**PHILIP-** *His Ducibus bis lex SOL Illustrissimus Aulæ*  
**PUS natus** *Gothicæ palmam majorum præripit annis,*  
**1661. die 19.** *Zodiacique velut radiolus Apollo quadrigis*  
**Nov. dena-** *Signa suis peragrans annorum conficit orbis;*  
**tus die 13.** *Sic Ducis ERNESTI numerosa propago virentis*  
**Mart. 1662.** *Secula promoveat RUTÆ, eripiatque Senectæ.*  
**compar.** *Nunc quibus exornem Gothicæ Pleiades Aulæ,*  
**propter** *Saxonicæque Deæ! cunabula vestra Camænis?*  
**mortem.**  
**subitam**  
**UVÆ.**

Elo-

Eloquent, an sileam? vel quis permessidos undis?  
 Ebria corda mihi donat, facundaque labra  
 Ex Helicone dabit? nitidis argentea plantis  
 Non Thetis aut formâ speciosa Diana, vel ovi  
 Filia Ledai, propter quam Gracia bello  
 Tota decennali flagravat, Trojaque, nostro  
 Est referenda sono, quarum Parnassica turba  
 Suspicit egregiam formam; sed carmine talis  
 Est celebranda cohors Nympharum, qua decus ortus  
 Sortis opes, speciemque simul virtutibus equat,  
 Seu placet artifices digitos, artesque videre  
 Feminæas, seu quis miretur de tra pudoris  
 Virginei, seu casta pia sacraria mentis  
 Cogitet, & plenos animi virtute recessus.  
**ELISABETHA** Dei Donum, quæ nata Coburgi  
 Post mille & sexcentos quadraginta que **CHRISTI**  
 Annos ætatis præcedit jure sorores;  
 Et velut extensos Auroræ purpura cælos  
 Pingit, & humanos visus furatur, eadem  
 Se Decus Elisabeth ratione effudit in Aulam  
 Gothaicam, completque suo splendore Thuringam.  
 Splendor & Hassiacos jam dum commovit amores  
 Et **DEUS**, in cælo siquidem connubia fiunt,  
 Actus Darmstadii deponat signa Secundi.  
 Cum vice Sol ternâ pisces afflavit, aquosum  
 Sidus, in usuram mundi processit ab alvo  
 Filia maternâ, Cujus sapientia nomen  
 Sancta Smaragdini portis impressit Olympi.  
 Concipimus **SOPHIÆ** vitam sub imagine Myrti,  
 Myrtus amat litus, siccus nec myrtus arenis  
 Insita radices figit, sic Nympha, December  
 Frigidus extinxit quam post tria lustra, reliquit  
 Avidioris opes mundi, facundaque **CHRISTI**

Sanguis

Illustrissimæ  
**PLEIADES**  
 Aulæ Go-  
 thanæ.

I.

**ELISABETHA DO-**  
**ROTHERA**  
 nata Cobur-  
 gi 1640. d. 8.  
 Jan.  
 comparatur  
 propter pri-  
 mogeniturâ  
 & virtutes  
**AURORÆ.**

II.

**SOPHIA**  
 nata 1643.  
 d. 21. Febr. &  
 mort. 657. d.  
 14. Dec.

comp.  
 propter be-  
 atum transi-  
 tum,  
**MYRTO.**

III. *Sanguine ad Elysios fontes, ripasque beatas*  
AMBROSIA floret, videt, crescitque, viretque.  
Et quia juncta Rosis Myrtus fecundior exit,  
JOHANNAM. *Addidit in comitem SOPHIÆ sic Parca JOHANNAM.*  
1645. 14. *Quæ minor annorum bigâ fuit, atque decorem*  
Febr. mort. *Sparsit ubique suum veluti Rosa plena pudoris.*  
1657. d. 7. *Ingluviem O Parca! triplici quæ funera raptu*  
Septembr. *Fecit in ERNESTI tunc Aulâ, & corda Parentum*  
comparatur *Fulmine tristitia percussit mœsta triforcâ.*  
propter for- *Sed velut Hyblais hortis vagus hospes inerrans*  
mam & vi- *Florea regna terit, gressuque licente decoros*  
tæ florem

ROSAE

*Interimit flores, violamque, rosamque, thymumque,*  
*Nec tamen intereunt petulantibus omnia palmis;*  
TRIGA quidem fatus ita cessit Pignorum acerbis,  
Germina plura tamen manserunt integra RUTAE;

IV.

DOROTHEAE MARIÆ filisque pepercit avara  
Atropos, excepit gremio quam provida Nutrix  
ROSAE *Post lustrum pacis; Cui TE pulcherrima Nympha*  
THEA MA- *Assimilem? Charites, Pallas, Cyprisque venuste*  
RIA nata *Pramia depromunt TIBI forma picta pluentes*  
1654. d. 11. *Increpat ut nubes extento fœderis arcu*  
Febr. *lris & exhilarat visus variante colorum*  
comp. pro- *Ordine, virtutum sic splendescite paternum*  
ptereximias *Irradia regnum mixturâ, vive diuque*  
corporis, & *Delitium magni Patris, spes gemmea Matris!*  
animi dotes

IRIDL

V.

ELISABETHA JOHANNAM  
Annorum gyros, Caput ELISABETHA JOHANNAM  
Extulit in mundi scenas, exaruit autem  
THEA JO- *Mortis ad afflatus subitos, Amaranthus ut uita*  
HANNA *Ignem Hyperionio flaccescit colla remittens,*  
nata 1660. *Nunc paradisiacis eterno ridet in hortis*  
d. 27. Nov. *Flore, manuque DEI geritur ceu sancta corona.*  
morta d. 18  
Decembr. *Metame tandem est SOPHIA ELISABETHA Camæna*  
ejusd. anni. *Ante*

Ante duos annos cujus vagitus in Aulâ  
 Gothaicâ sonuit, florum cum Majus amictum  
 Indueret pictum, sed sicus Lilia cana  
 Sole nitent orto, Titane cadente caduntque  
 Mortua; sic Nympha primo decus occidit avo:  
 Heu! tuus inflixit casus grave vulnus amori  
 Et Patris, & Matris, Patriæ planctusque creavit!  
 Sed bene tecum actum SOPHIA ELISABETHA beata  
 Incola nunc vita radias per Olympica Tempe,  
 Deliciisque tui CHRISTI satiare perenne.  
 Sic thalamum ERNESTI numerosaq; Pignora dixi  
 Carminibus famulus, seros DEUS illa per annos  
 Flore beet viridi Parcarum limina claudens.  
 Nunc quoque divitias restaret dicere nostri  
 Principis, astit Phabus lassatus carbasa pansa  
 Contrahat, ERNESTI siquidem patet area laudum,  
 Area Meoniis vix exsuperanda quadrigis:  
 Huic quicumque cupit fama par esse perennis  
 Nomine, terreni puncti haud capiatur ab arctis  
 Limitibus, celso superet sed vertice nubes,  
 Quicquid & empyrei rutilat sub climatis orbe.  
 Inelyte DUX salve! Phanicis vince senectam,  
 Connumeraque dies, & secla secunda sinistra!  
 Salve iterum! Tua Laus libris inserta legetur,  
 In mare dum fluvii current, dum lucida cælo  
 Sidera fulgebunt, in TE nil dentibus avi  
 Juris erit, nisi cum mundi nutaverit ordo  
 Pondere convulso, cum summis celsior astris  
 Terra erit, atq; leves pascentur in athere cervi.

comparatus  
 propter  
 mortem hu-  
 jus, & æter-  
 num florem  
 alterius vi-  
 tæ, quam D.  
 Petrus I. Ep.  
 c. I. vocat  
 heredita-  
 tem ævi-  
 tæ, *ἀμάρ-  
 ανθου*,  
 AMARAN-  
 THO.

VI.

SOPHIA  
 ELISABE-  
 THA nata,  
 19. Maji 1663.  
 denata d. 23.  
 ejusd.

comp. pro-  
 pter breve  
 vitæ mo-  
 mentum  
 LILIO  
 albo.

F

CAPUT



CAPUT V.  
DE  
FORMA ET PULCHRI-  
TUDINE.

**H**is ita pertextis, Phœbus penetrare subintrat  
Oceani fessus, mergitque sub æquore lucem;  
Quò properas Titan? remane, differque ruinam!

Jam juvat intimius defixis visibus ARCEM

Aspicere, & vera qua sint insignia formæ,

O utinam Soles, solis committeret Autor

In mea vota duos, utinam vel Circius axem

Conterat invisa noctis, sistatque jugales

Somniferos, oculis ne FRIDENSTEINIA nostris

Subducet sese, donec decus omne figuræ

Lumine percurram, vel si non hæcce precari

Fas erit, hîc nobis famuletur Janus & Argus!

Interea scribam, qua vidi, quæque Clientis

Notificare decet Musas, est nulla cupido

Faspidis ignotæ, rubroque latentis in Hermo.

ARX DUCIS ERNESTI consurgit ad astra quadratâ

Formâ Eboris lecti, quo perficit alea lusus;

Materia partes suppleunt durissima Saxa,

Quale genus nostra gignit natura Thuringæ;

Calce superficies horum junguntur ad unum

Servitium, quod molle prius, sed Solis ab igne

Concipit immotum robur, firmamque senectam.

Hos lapidum nexus serie radiante fenestra

Distingvunt, veluti rutilantia sidera cœli

Tecta, suoque vagos confundunt lumine visus

Quotque dies Annus numerat, tot & illa fenestras

ARX numerat, per quas lumen diffunditur album

Angu.

Angulus ut nullus tenebris sit pervius atris.  
Consilioque bono PRINCEPS sic condidit ARCEM.  
Proxima congeries valli ne subtrahat usum  
Lucis, & obscuret spissa caligine muros.  
His vicibus superam tendit fastigia ad oram,  
Schiàia qua velant nigrâ tellure Narissum  
Eruta; posterior sed pars qua vergit ad Austrum  
Culmina depresso demittit mollia tecto,  
Et pedibus prater morem calcantibus aptum  
Pandit iter, ventisque vias, ut sanior aura  
Dulce refrigerium spiret, tollatque vapores  
Morbiferos, Pestis quos semina novimus esse.

Et quia turrigeri speciosa Palatia Coni  
Nobilitant, Turres tres FRIDENSTEINIA nostra  
Erigit, excelso feriunt quæ vertice cælum;  
De speculis quarum poterit Bellona notari,  
Seu ruat armigeris turmis Aquilonis ab ortu,  
Sive Noti, Zephyrique, Eurique vehatur ab alis:  
Illuc Pyramidas Memphin posuisse viator  
Afferet ignarus, jurabitque Ethnicus ipsos  
Sic habitare Deos, & ibi posuisse cubile.

Jam Domus interior nostris subeunda Camenis,  
Cujus ad usuram portæ compagibus arctæ,  
Et ferro dire ducunt, quas Martius ordo,  
Totque oculi vigiles fidâ statione tuentur.  
Limen ubi superas, primum se pandit amœna  
Area, in Elysiis qualis cognoscitur agris;  
Ejus in axe latet Puteus, qui sede profundâ  
Antipodas ferme ferit, & contingit abyssum:  
Hunc rota robustis pedibus contorta Virorum  
Extrahit ad varios usus ingentibus urnis:  
O placida munus Natura charius auro,

Utilius gemmis, & si quid majus haberur?  
Illud enim nunquam Castrum durabile perstat  
Hostis ad incursum longos, ubi deficit unda,  
Conditor innumeros quamvis ad sidera montes  
Congerat, insani Nimrodique extruat Arcem.  
Area porticibus clausa est, quas æmula portis  
Æquatis portant laquearia; claustra sinistram  
Ferreæ portarum quæ spectant, marmora Templi  
Janitor augusti pandit, si festa requirant.  
Hujus ubi timido pede limina verberat Hospes,  
Protinus in terram cadit, & saxo oscula figit,  
Tanta repercusso majestas lumine visus  
Præstringit, cælos imitantia templa pyrorum,  
Chrysolitique fores nitidas aperire putaret:  
Cum penetrale subit pictum, consistit, opusque  
Perspicit ignorans quò primum lumina vertas.  
Præcipuè claras auro rutilante columnas  
Suspicit, & varia forme miratur Atlantes,  
Quæ tabulæ affixæ, quæ multum laudes & artis  
Lineolis claudunt, quarum regina, Decusque  
Imminet adversis aris, serieque decorâ  
Historiæ Cœnam, mortem, summumq; Triumphum  
Exhibet humanâ vestiti carne JEHOVÆ;  
Hæc docet, Artificum quid possit sedula virtus,  
Et labor, atque manus; Phœdia laudatur Athenis  
Cecropiis Pallas, famâque cacumina montis  
Caucasei superat, toto memoratur in orbe  
Cypris Apelleo formata labore, sed amba  
Huic Tabulæ cedunt, herbas vincæque revellunt.  
Proximus à Templo paries testudine curvâ  
Ducit ad ERNESTI pictis conclave tapetis,  
Magnificum, DOMINÆque, trahit muliebria lecta  
Cui pietas Charitum comitatu cincta pudico

Præf.



Praesidet, & studiis non contentibus etas  
 Nihilis exercet praestantes corpore Nymphas.  
 Ordine conliguo crescunt circumque supraque  
 Fulgida regisi, o luxu conctavia nulli  
 Per via Cultori, nisi forte operosa labore  
 Illic, & tensis venietur aranea telis,  
 Advena vob procerum soleat succedere teclis.  
 Pars ubi laeva Domus exit celsissima visu  
 Pyramis apparet, vicinumque erigit astris  
 Culmen, ei nomen formae praestantia fecit.  
 Nomen habetque omen; siquidem vix mille tuendo  
 Expleri possunt oculi, Capitolia quondam  
 Aurea parietibus monstrarunt digna notatu  
 Non ita, non Ephesi Templum sublime columnis  
 Marmoreis, quarum positus imitata videtur  
 Turris ea, & quamvis cultu structura meretur  
 Nobilis aeternum, tamen ultrò teclata fatentur  
 Inscriptis verbis, Fatis obnoxia cuncta  
 Esse suis, metam floris cunctisque paratam;  
 O cedro & nitidis verba incidenda smaragdis!  
 Sole quid utilius, rutilis quid pulchrius astris?  
 Detrahet arsuro tamen illa extremus Olympo  
 Ignis, & in cineres rediget totaliter Orbem;  
 Troja ubi? jamdudum propriis jacet obruta Troja  
 Ruderibus, duplici perit munita Corinthus  
 Oceano, pulvis facta est excisa Quirino  
 Milite Carthago; Sparta fora vertit arator,  
 Atria Thebarum nidi sunt facta volucrum,  
 Serpentumque domus, ac horrida lustra ferarum.  
 Non igitur vanae fortunae praemonet esse  
 Turris fidendum, sed quaerere corde superna  
 Suadet, ubi CHRISTI sedes, & patris vera.  
 Ad latus huc Turri Martis domus atque supellex

*Juncta est, hanc qui scire velit, velit equoris idem  
Discere, quam multa Zephyro turbentur arena.*

*E regione patet facilis descensus ad orbem  
Martium, ubi domitor rapidos in pulvere format  
Cornipedes cursus leges mandatque subire  
Pars juvenum adposita certatim premia meta  
Fertur equis domitis, cum cursus signa Magister  
Extulit, & lato strepuerunt cornua cantu,*

*His spaciis dextræ Turtis vicina propinquat,  
Cujus in angustiis adytis primæva juvenus  
Lusibus exercet ventosa brachia sphaera,  
Verberibusque pilam cogit per inane volare.  
Janua pone sequens taurorum cade repescit  
Assiduâ, & pecudum, foribusque affixa cruentis  
Ora boum pendent defluxu fæda cruoris.  
Nec procul est operis fabrilis nigra Caverna,  
Quâ famuli Brontes stridentem forcipe massam  
Vulnifici ferri versant, & brachia tollunt  
In numerum, ut resonet quassis incidibus Aula.  
Nec stabulum longo secessu distat Equorum,  
Stant ubi ter-centum nitidi ad præsepe Caballi,  
Flammiferisque cavum complent hinnitibus antrum;  
Hic patiens operum, stabulisque assueta juvenus  
Fervida strigilibus dentatis corpora purgant,  
Et sine lege jubas dispersas fibulat Ostro.  
A stabulis quatuor gressus cum moveris, ampli  
Cardine vertuntur Postes, stridentque reflexu,  
Ad superamque vehunt pulchris anfractibus Arcem:  
Has urgere solent Satrapæ, Proceresque togati,  
Consiliumque Domus, & quorum vertice sacra  
Infula stat docto, ruit huc nimbusque Clientum  
Quos mala causa premit, vel quos insania litis*

*Urit,*

Urit, ut undantis cum costis ignis abeni  
Suggeritur, multum spumis exuberat unda.  
Huc veniunt etiam quibus est Custodia Gazæ  
Credita per Regni fines, portoria dicunt  
Vel decimas anni, Scripturarumque tributa:  
Cancellaria enim primos attollere fascēs  
His solet, atque vocant huc Consistoria Patres,  
Inciderit dignus si forsan vindice nodus.  
Et si scire cupis Regni quæ forma, tenorque?  
Aspice parietibus transversis inditam honore  
Effigiem Themidis, quæ dextrâ pondera libræ  
Sustinet, & lævâ gladium, ve loque notanter  
Disimulat tectos oculos, usumque videndi.

Altius ascensu Tabulatum panditur ingens,  
Perfectumque novem Musis, ubi flectere cursum  
Est opera pretium; fulvo calata metallo  
Facta Patrum ostendit, pugnatæque in ordine bella;  
Quin etiam veteres signat numerosa Tabella  
Saxonica Rutæ majores, æquus amavit  
Quos DEUS, aut ardens evexit ad athera virtus.  
Quæ Zephyrus tepidus laudata Palatia mulcet,  
Clauditur hoc spatium, portæque emittitur hospes;  
Inde per obliquum longo curvamine tractum  
Rursus ad emensa declivia labimur Arcis,  
Quæ vigil insomnes noctes custodia ducit,  
Miles odorifero tempus fallitque tabaco,  
Stupaque Mævortis quæ fumat pendula saxo.

CAPIT

## CAPUT VI.

DE

## MUNITIONE ARCIS.

**H**Actenus explicui quae sint exordia prima  
 ARCIS, & ERNESTI cunabula, quique Ducatus  
 Antiqui fuerit status, & praesentis imago  
 Imperii quae sit; quid nunc DEUS arbiter aevi  
 Expediam? nostri quae restat meta laboris?  
 Tu calamum, Tu JOVA move, munimina valli,  
 Tergeminosque canam muros, fossasque profundas;  
 Eruit ex piceo quam primum tristis Erynnis,  
 Invisum Numen, Phlegetontis gurgite, simplex,  
 Et sine mente furor trepido serpebat in orbe;  
 Qualiter inclusi calidis fornacibus ignes,  
 Cum tenui victu pascuntur, nulla penates  
 Damna vorant, solita cohibetur flamma caverna;  
 Ast ubi fatales vires custode remotò  
 Concipit, & sese vicinis implicat aestus  
 Parjetibus, justo tunc major fumus ad auras  
 Evolat, & nybes densat caligine, donec  
 Ignis edax supera ad fastigia volvitur Euro,  
 Quare iterque sibi flammis victricibus amplum,  
 Sic genus humanum primum divulsit Erynnis  
 Mentibus injiciens incendia dira, nefandos  
 Aestus, & vomites, & flammam sensuum edaces;  
 Mox Homines bellant sed nullà lege, nec arte,  
 Nec ferro ancipiti, sed tantum praelium agreste  
 Stipitibus duris agitur; saxisque revulsis;  
 Donec longa dies perfregit viscera terra  
 Artibus, & duri quasi vit semina ferrì

Abstru-

Abstrusa in lapidum venis, quos mollit anhelans  
 Ignis, ut excoctum rivorum more metallum  
 Effluat, ex cuius massâ Vulcania pubes  
 Arma parat, quorum numeris includere formas  
 Ipse Conon Samius vix posset, qui tamen astra  
 Omnia perspexit, casusque, ortusque notavit.  
 Nam populus qui vis propriis assuescitur armis,  
 Quos oculis nunquam Titan radiosus obivis  
 A Lybia regnis ad Gadum rura remota.  
 Proh! quibus affecit Bellona seva supellex  
 Cladibus humanum Genus, & quot funditus urbes  
 Diruit, aeternum quibus ingens robur, & ardor.  
 Forma que promisit florem: Babylonia muris,  
 (Quos retulere inter veteres miracula mundi)  
 Staret adhuc munita suis, Carthago Quirinis  
 Clauderet invisas portas, arcesque superbas.  
 Sparta nec in cineres nigros collapsa fuisset,  
 Verteret egregias nec curvus Arator Athenas.  
 Sed tamen armorum præcellit monstra cruenta  
 Exitiale genus Bombardæ saxa rotantis,  
 Et globulos plumbi liventis, & aenea belli  
 Machina, bacchantem qua nitri pulvere flammam  
 Concipit, & trifidos imitatur fulminis ictus.  
 Quis neget Inventum hoc primum debere Megara  
 Auspicium, in Strygiis tormenta que nata Caminis?  
 Hoc opere interit laus, virtus, fama, vigorque  
 Militiæ; fortis ne micam cordis habentes  
 Sæpius Heroas prosternunt mente feroces;  
 Quantus erat belli terror GUSTAVUS ADOLPHUS?  
 Opposuit quantos animos hostilibus armis,  
 Spiritibusque, tamen lustrans dum fertur in hostes  
 Fulmine trajicitur glandis, vitamque resignat

G

Palli-

Ann. 1380.  
 Bertholdus  
 Schwarz  
 Monachus  
 Francisc. &  
 Alchymista  
 usum Bom-  
 bardæ evul-  
 gavit prout  
 nunc est.  
 Vid. Alsted.  
 Thes. Chro-  
 nol. p. m. 128.  
 Conf. Pol.  
 Virgil. de  
 Juvent. Rer.  
 L. 2. C. II.  
 p. m. 141.

Ann. 1632.  
d. 6. Nov.

Ann. 1631.

*Pallidus ante tuas pavidas Lüzenia portas!  
Urbibus exequias quot iunc hac arma pararunt?  
Funditus eversis intra Germanidos oras?*

*Rudera quis sicco Magdurgi lumine spectat?  
Virginis involtae qua dotes, atque coronam  
Sustinuit, donec vim laevus Tyllius illi  
Intulit, ad cuius famam stupet Orbis, & Astra  
Oceanusque vagus quam flammis devoveret Orci?*

*Ergo dies docuit fossarum valle profundâ  
Oppida munire, & duplici concludere vallo,  
Nuda nec armorum furis exponere lecta.*

*Impulit ERNESTUM gravitas hac bellica causa  
Aggeris ingentis quadratam molibus Arcem  
Cingere, quae superant famosa theatra Gigantum,  
Nimrodique Thorum, muris celebresq; Mycenae,  
Ambitus internus valli loca per via praebet*

*Presidio, & variis tormentis latentia Martis  
Disimulare posse est, tempus si forte requirat;  
Præterea fossa præcisus undique saxis  
Præcipites valli munimina vasta coronant*

*Hannibal aspectu quarum, veteresque Gigantes  
Abjicerent strictas manibus trepidantibus hastas;  
Nec minus in prompto defensio possidet arma,  
Arma, quibus muris Harpyæ arcentur iniqua:*

*Quod si fortè novus Python grassetur in orbe,  
Impia si constet Mars (absit) bella cruentus,  
Hic satis armorum victor Pythonis Apollo  
Inveniet, monstrum quibus extirpare valebit;*

*Obsita nec veteris morsu ferruginis arma  
Possidet ERNESTI divi Bellona, sed atas  
Pleraque formavit praesens, tantumque coruscant,  
Ac si ea castralis per servos cura Tribuni*

Terge-

*Tergeret arvinâ semper, ferroque poliret;  
Nec tamen exigua Mars conspiciendus acer  
Illic est; Cumulos armorum continet omnis  
Angulus, includet facies quis versibus omnes?  
Mille ibi bombardæ majores, fulmina belli  
Terrifici, videas, quas fultas mole rotarum  
Ducit Equus quocunq; libet, quocunq; necesse est.  
Quis numerum expediet gladiatorum, quisve bipennum?  
Et sirepitu horrifico sclopetâ rotantia glandes  
Dixerit? & quot sint hastarum millia? quotve  
Nomine Luciferi tela insignita ministras  
Exhibeant operas? & visu horrenda veruta  
Quid loquar? & segetem globulorum ex ære renatam?  
Harparum Sylvam referam? tonnasque refertas  
Pulvere nitroso numerem, longasque sarissas?  
Et reliquas furias armorum, & signa furoris?  
Exciderem dictis, centum licet ora moverem.  
Horrea nunc Musas decet, annonæque receptus  
Dicere, Castelli genius quorum indiget usu,  
Non minus ac auris, & aquis, & lumine, & igne:  
Nam licet invictis sint Propugnacula muris  
Septa, licet vallum jungatur nubibus, atque  
Expositum nullis queat esse insultibus hostis,  
Si tamen annona stimulus, malesuada famesque  
Ventricibus insultant vacuis, Victoria portas  
Indomitas aperit sive vulnere, sanguine, cade  
Hostibus & palmas transmittit spontè negatas.  
Prospicit ERNESTI quare benè sedula cura  
Horrea frumentis stipans, atque ubere cornu  
Copiæ abundantis Castellum ditat in annos  
Multos, ut Cereris non cedant horrea plena  
Messibus, & Lybia proventus divitis æquent.*



*Non igitur Martis divino nixa favore  
ARX timet incurfus, nullo percussa metuque  
Diffidit sorti, furias expellat Avernus  
Percitus insano livore, emittat & umbras  
Terribiles quamvis omnes, ex carcere nigro;  
Sed velut Oceano Rupes infixa furenti  
Mole suâ perstat, nulloque movetur ab aestu,  
Nec maris ad fluctus trepidat securo ruina;  
Sic ARX FRIDSTEINI nullis infracta periculis  
Defensore DEO Martem contemnit apertum.*

CAPUT VII.

AD

ARCEM FRIDENSTEINIA-  
NAM CARMINIS  
CONCLUSIO.

**H**Æc, quoniam obstrictus TIBI sum Celsissima Sedes  
Servitio, volui subiecta Symbola mentis  
Edere: ut occultâ ferrum lapis Herculis arte  
Erigit, & duros chalybis procul attrahit orbes,  
Impetus admovit stimulos sic ille Camenis  
Nostris, & requiem metâ irritante negavit;  
TE TIBI donavi: num nobiliora litare  
Dona queam? parvis intentus sic fero magna,  
Propositi que mei capitur nec carcere Musa.  
Nunc Domus ERNESTI dextro sub sidera nata  
Atque bonis avibus, paulum da fata futura  
Enucleare TIBI, quæ non moderabitur Hamon

Corni-



Corniger, aut Tripodium genio mendace regentur  
 Unicus, aethereos qui nutu dirigit axes,  
 JOVA tuam aurato diducat stamine sortem,  
 Cui nihil admixtum sit cladis, nilque doloris,  
 Arcibus empyreis sed par floresce, nitesce,  
 Quà fera bella silent, & quà fortuna rebellis  
 Aspirare nequit, quà nunquam fulminis ignes  
 Horrificant oculos, & ventorum ulla procella:  
 Eminas extra sic FRIDENSTEINIA sortis  
 Imperium caca, supraque tonitrua surgas  
 Invidia, & salvo perfringas vertice nubes  
 Oppositas Hostis, rapidus non Eurus, & Austro,  
 Non Boreas, Zephyrus, TIBI non Elementa vigorem  
 Imminuant, nullis obnoxia tempora metis  
 Parturiantque TIBI famam, dum clarus Apollo  
 Zodiaci repetet confecto limina cursu,  
 Donec & immoto consistet pondere Terra.  
 Et licet in toto mundo regionis alumna  
 Dira fames Scythica serpat, quod flevimus, ullo  
 Non tamen inficiat TE morfu, ditia semper  
 Excipias gremiis ARX vectigalia plenis:  
 Cæruleus Mœnus, pisces ferat, atque Victra  
 Largus, alatq. suam Dominam facunda Thuringa  
 Frugibus, elisum plantarum verberare Bacchum  
 Francla suppeditetq. Thuringica sylva ferarum  
 Delicias mittat DEUS opponatque furori  
 Excubias omni truculentus acinace Turca,  
 Malleus ille Soli, qui jam nos terret iniquis  
 Armis ad sonitum campanæ ut quilibet ante  
 Telluris faciem cadat, attonitusque precando  
 Hæreat, ad portas tales non applicet arma,  
 Arma quibus finem Salvator noster JESUS

An 1663. Fa-  
 mes & Turca  
 minas Pa-  
 triæ nostræ  
 intende-  
 bant, unde  
 iussu D. ER-  
 NESTI ho-  
 mines ad  
 campanæ  
 sonum ubi-  
 que genua  
 flectebant  
 precando.



Ernestus Serenissimus noster Princeps,  
inter II. Fratres nonus, natus 1601.

Johannes IV. natus Vinar. 1570. obiit 1605.

Johann. Wilhelm. autor lineæ Wimariens. obiit 1573.

Johann. Frider. Elect. captus à Carol. V. 1547. d. 24. April.  
liberatus 1552. obiit 1554.

Johann. Bonus & Constans obiit 1532.

Ernestus Elector obiit 1486.

Fridericus II. Placidus, Elect. obiit 1464.

Frider. Bellicosus condidit Academ. Lipsiens. 1409.  
Primus Elector Saxon. à Sigism. creatus 1423.

Frider. Strenuus cum Coniuge Cerburg. accepit. obiit 1381.

Frider. Gravis Elect. imperat. 1348. obiit 1349.

Frider. Adorsus, sic vocatus, quia mater fugiens crudelitatem  
mariti ipsum morsu in maxillam notavit. obiit 1314.

Albert. Degener Isnac. in Wartenb. obiit inops & exul Erford. 1314.

Henr. Illustr. natus 1217. March. Misn. & Thur. Landgraf. prim. in hac familiâ.

Dieteric. IV. à fratre Alberto regno eiectus obiit 1220.

Otto Dives. Sub hoc Metalla Fribergensia cœperunt 1170. Lipsiam muro cinxit,  
& Cœnobia, Portam ad Salam, & Cellæ fundavit 1175. obiit 1180.

Conrad. sub Conrado III. obiit 1157.

Timo Marchio Misniæ ab Henrico III. obiit 1091.

Dietericus II. temp. Henr. Bamberg. obiit 1034.

Dedo Comes Mersburg. ab Ottone III. factus. 1009.

Dietericus.

Wittikind. jun. Comes ad Salam & Albin.

Wittikindus M. a Carolo M. victus & ad Relig. Christ. adductus  
anno Christi 785. juxta Chytr. Saxon. p. 48.

GENEALOGIA SERENISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI ERNESTI  
PATERNA.







2/1463

ULB Halle 3  
004 971 450



Worm

775







HISTORIA  
*splendidissima*  
ARCISET  
FRIDEN  
NIAN  
CUM ANNOTATI

Anno 1665.

in cepta

Anno 1685.

ritè publicat

J. C. F.

*Prospkosis. ad ARC*

ENDomus ERNESTI, sedesq  
Gothaici, patriæ Lux radiol  
Offero dona tuis aris, ex por  
Marmora & augusto suscipe de  
Scilicet IPSAM TE TIBI dona  
Dum studet in laudes versibus  
Excidit audacis si facti carcere, me  
Nec tenet? ignoscas! sat voluiss

MULHUS

Typis JOHANN CHRISTO

